תרגום ירושלמי

TARGUM
HIEROSOLYMITANVM,

IN QUINQUE LIBROS LEGIS
è Lingua Chaldaica in Latinam conversum,

OPERA
FRANCISCI TAYLERI,
ANGLI,

VERBI DIVINI IN ÆDE CHRISTI
APUD CANTUARIENSES
CONCIONATORIS.

UNA CUM NOTIS MARGINALIbus sensum locorum difficilium exprimentibus.

LONDINI,
Typis T. HARPERI, Impensis L. SADLERI Bibliopolæ, commorantis in vico vulgo vocato LITTLE BRITAINE, apud quem prostant venales. AN. DOM.
1649.

GEntis Iudaicæ conversionem avidi expectamus, Deumq́ Optimum Maximum votis aſſiduis exposcimus. Quod autem tam enixè expetimus petimusq́ modis mediisq́ omnibus quantum in nobis est situm, promovere ac promovere tenemur; nî vobis damnari (quod est votis ipsis adversum planè) detrectemus. Hoc ad institutum cumprimis facit, ſi ex propriis ipsorum scriptis, vel erroris illos craſſi coarguere, vel teſtimonia veritati exhibita elicere valeamus. Non inanem itaq́ aut inutilem operam ſumunt, qi qô ad iſtud expeditius præſtandum viam muniant eorum qi apud gentem illam in ſummâ existimatione habentur, ſcriptorum monumenta, vel ἀνέκδοτα in lucem edere, vel emaſſa jam, è miſcellâ illâ paucis intellectâ, qâ concepta & conſcripta primitus ſunt, linguâ in pluribus notas magiſq́ familiares traducere operæpretium duxerint. Hos inter locum non poſtremum meritò obtinet D. FRANCISCUS TAYLERUS, qi inter alia, qæ adhuc penes ſe habet, Targum Hieroſolymitanum in Libros quinque Moſis *auribus Latinis* iſtic dedit. quod idcircò, qô in finem dictum uſu esſe pluribus poſſit, typis imprimi ac in publicum dari dignum planè cenſeo.

THO. GATAKERUS.

SOCERO SVO CHARISSIMO
Dº THOMÆ GATTAKERO,
Ecclesiæ ROTHERHITHENSIS Pastori
doctissimo vigilantissimoq.
FRANCISCUS TAYLERUS
S. P. D.

QVi potius quàm tibi Socer dilectissime has studiorum Orientalium Primitias dedicarem? Quod ut facerem, causæ multæ gravesq; me impulerunt. Affinitas illa qua non sine magno meo, meorumq; commodo Deus clementissimus nos conjunxit. ut nil dicã de pari studiorum ratione, longè tamen pro mea parte impari progressu. Denique ut publicè & libere agnoscam me & in his studiis, & in hoc opere tuo subsidio non parum adjumenti recepisse. Hanc igitur dedicationem tibi cui tot vinculis obstrictus hæreo, non ingratam futuram sperans, de operis publicatione pauca dicere aggrediar. Post aliquantulam linguæ Hebraicæ cognitionem Deo favente adeptam ad Rabbinismum & Chaldaismum sponte properantem animus impulit. In utraque Dialectõ cum progressus non infelices (Deo gratias) feciſſem, quid in autoribus transferendis potuerim, tentare visum est. Exemplaria quædam manuscripta amicis peritissimis legenda communicavi. Quibus cum mea plus quam mihi placuissent, chartulas meas qualescunque in lucem edere, non blattis aut tineis arrodendas committere persuase-

a runt.

runt. Hinc ortus est fœtus hic meus primogenitus, Paraphasis Chaldaica Hierosol. in Pentateuchum Latio donata, quam (ni fallor) orbis Christianus priùs non vidit. Lectoris benevolentiam appello, ut operis difficultatem cogitans errata mea clementer corrigat, non inclementius exagitet. Hanc veniam dabimus, petimusque vicißim. Si quid utilitatis Ecclesiæ Dei accesserit, Ecclesiæ Deo gloria universa tribuatur. Mihi sufficit si illorum Catalogo nomen meum inseratur, qui proficiendo scribentes, & scribendo proficientes, aliorum oculis suam imperitiam exponere, potiùs quàm aliorum desiderio & commodo deesse cupiant. Hos si vir doctus opusculum arrideat, hujus generis alia aliàs forsan sepelienda communicare non gravabor. Te interim vir doctißime, cujus lucubrationes piæ, politæ, omnique eruditionis genere refertißimæ, non solùm Ecclesias nostras sed & transmarinas ditaverint, Deus Optimus Maximus in suorum tuorumque emolumentum in terris diutißimè servet incolumem, & tandem sero tamen, in cœlis beatorum fœlicitatem tibi sempiternam largiatur.

Hoc erit votum perpetuum

Generi tui tibi devinctißimi,

Franciſci Tayleri.

Viro

Viro Clariſsimo Doctiſsimoque,

FRANCISCO TAYLERO

IOANNES SELDENUS *Salutem.*

QUod ſeceſſu frueris jam, mi *Taylere*, ruſtico, gratulor equidem. Puto ſcilicet brevi, & Valetudinis ſolum causâ. Neque fere alia ſufficit, ut urbano quotidianoque Theologorum Conſeſſui, cujus pars tu peregregia atque una e paucis, omninò non interſis. Sed ſpero eam non adeo adverſam, quin Studiis ut ſoles etiam ſeverioribus ibi incumbere queas. Et ſi queas, quin velis etiam nullus dubito. Si ita ſit, interpellare mihi liceat hoc otium, atque impertare ut e deliteſcentibus lucubrationum tuarum Schedis *Targum* Pentateuchi *Hieroſolymitanum* Latinè a te olim feliciter redditum, typis jam, quod quantillo tempore fieri ſatis commodè opinor poteſt, adornes. Opus quidem exiguum; ſed interpretis, qui non ſit eruditiſſimus, id eſt tu tuive ſimilis, planè impatiens. Orientalis diſciplinæ ſeu Talmudicæ in eo monumenta ſunt ac veſtigia aliquot non contemnenda. Certè ſine ea Triumphos agit nunc Ridiculos nunc Pernicioſos nimis in Occidente pompoſa & alioquin docta multorum Ignorantia; quæ dum Origines Primoſque Rerum Morumque in ſacris literis occurrentium Fontes nimiùm neſcit, Somnia ſibi, ſed quæ e re inter homines ſuâ fuerint, audaciſſimè fingit, aliisque vaferrimè,

ferrimè, ut ſarcinas, imponit. Sic Pontificii non rarò. Sic alii ; qui & Nova Lumina ſibi velut cœlitùs orta, ſi quis adverſetur, ſtatim obtendunt. Certè Sydereis Nuntiis, qui, Teleſcopii vitrei beneficio, Lyncei facti, Stellas docuere Novas, credimus, gratias habemus, maximi eos idque meritiſſimò facimus. Non ita, ubi quis, ſuæ tantùm oculorum aciei, utcunque depravatæ, temerè confiſus, neſcio quot Lunas Soleſve in Cælo aut Leones Draconeſve in Nubibus cernere ſe aſſeverat. Teleſcopii uſu communicato, idem ipſum cum Nunciis illis cernimus ipſi, aliàs ignari. Quod paritèr de Orientalis diſciplinæ, unde Chriſtianiſmi totius ortus, uſu dicendum: Citra eam, creberrimò in Sacrorum judiciis fallimur fallimuſque conjectando ingeniique qualiſcunque venditando portenta. Sed hæc obitèr. Ut lucem cum primis meretur illa tua Verſio, ita a Studioſis, quorum pauci originem intelligunt, ſummopere deſideratur. Non modò Germaniæ ſuæ Fagius ac ſuis Ximenius Hiſpaniis, ſed etiam orbi noſtro Chriſtiano decus fuit uterque inſigne eritque æternùm, ob Onkelianum Lario donatum. Si fruſtra non fuero heic ipſe, tum jactabit hinc meritò Anglia tua Hieroſolymitani te editorem, tum mecum proculdubio inſtantiùs urgebit ut Codicis etiam *Cozriani* diſciplinæ Talmudicæ refertiſſimi Verſionem tuam atque id genus Eruditionis tuæ Reconditæ fœtus reliquos in lucem emittas. Tibi Studiiſque tuis faveat ſemper Deus Opt. Max. & amare me perge reverà Tui Amantiſſimum.

Jun. 25. 1646. *Ex ædibus Carmeliticis Londini.*

Proœmium.

Solent qui artium aut linguarum ſtudia perficienda, ſive autores veteres denuò imprimendos aut transferendos ſuſcipiunt, priorum nævos detegere, & prædeceſſorum errata adnotare. Ea conſuetudo duplici fundamento nititur. Sunt qui immodeſtiùs ſe gerunt, laudem maximam ſe conſecuturos reputantes, & ſpolia ampla relaturos, ſi alios erraſſe. i. homines eſſe (cum ipſi Angeli non ſint, niſi fortè mali) demonſtraverint. Talis fuit Leus ille, nec non Doctores Sorbonici, qui Eraſmo & Stephano viris doctiſſimis errores innumeros malevolè objiciunt, ut eos odio exponant. Hos facile eſt dignoſcere, ex ungue Leonem ſc. nihil hi fere ſuum edunt, ſed aliorum opera ut mures perpetuò rodunt, aut ſi quid e calamis eorum impolitum excidat, ſua illis ſola placent, licèt eruditis aliis quibuſq; diſpliceant: perſonas aliorum contumeliis onerant, libris detrahunt. Nihil acceptum aliis referunt, acſi novi Catones e cælo lapſi eſſent, magiſtri noſtri ſc. cenſores Publici, totius

eruditionis judices. Sunt alii qui modestè in libris doctorum versantur, eruditionem eorum agnoscunt, personas colunt. Errata nihilominùs placidè indicant, ut instituti sui rationem proferant, ne Iliada post Homerum scribere videantur. Deinde ne discentes venenum cum lacte sugant. Præterea ut opera celebria a viris eruditis inchoata, vel perficiant ipsi, vel alios, quibus amplior est eruditionis supellex, ad perficiendum excitent. Sic in literatura Hebraica Grammaticam Martini castigavit Coddæus, nec non D. Buxtorfii Senioris viri clarissimi de literarum orientalium studiosis optimè meriti auxilio Sixtinus Amama. Reuchlini errata varia vir eruditissimus amicus meus Summus Ds. Buxtorfius junior S. S. Theologiæ Doctor Linguæ Hebraicæ in inclyta Academia Basileensi Professor Ordinarius Patri venerando in linguarum Orientalium peritia conferendus, nisi forsan superet, in initio concordantiæ paternæ correxit. Nec non Magni Scaligeri alicujus momenti errata in Exercitatione in Cœnam Dominicam, licet incassum fremente Ludovico Capello Professore Salmuriensi, amico more in eruditorum gratiam patefecit. In Græcis Harmarus præfatione in conciones Chrysostomi in Lazarum Erasmi errorem, qui Martyrem nobis in auditam Xynoriden creavit, clementèr indicavit. Libertatem hanc mihi assumere liceat, & imprimis Ioannis Quinquarborei manes appello, qui Paraphrasin Chaldaicam olim interpretatus, si Chamum solum maledictum oblivioni dedisset, facilius forsan veniam obtinuisset, sed & Shemi oblitus est benedicti. Profilio Chami juxta maledictionem Dei, filiis Shemi subjectio, tunc autem prælatis, transtulit, scelerati homines, qui viris

viris præclarè ſervierant, dominati ſunt nobis. Par. Chald. in Threnos. cap. 5. v. 8. Præterea de cucullatis capitibus quæ editionem Bibliorum Venetam purgatam, mutilatam potiùs, nobis exhibuere, mihi non injuſta eſt cauſa querimoniæ. expunxerunt homines cauti loca multa à Paraphraſtis Chaldaicis, aut Rabinis in Romam prolata, quæ in Bibliis Venetis prioribus, aut in particulis quibuſdam à Stephano Lutetiæ editis extant. Exempli gratiâ. Obadiæ v. 1. Quimchium ſic loquentem introducunt. Et quod dicunt Prophetæ de deſolatione Idumææ in fine dierum dicunt. Bib. Veneta priora ſic, In fine dierum, de Roma dicunt.

Et paulò poſt citatis Eſaiæ verbis hæc omittunt, Quia cum deſolata fuerit Roma, erit redemtio Iſraelis. Aurea ſententia fidei Chriſtianæ congrua, cujus multi profeſſores illâq; eruditi poſt Romæ ſubverſionem Iudæorum converſionem expectant. Cui impedimento non minimo exiſtunt Idola Pontificia, & conjugiorum ſacerdotalium prohibitio. In v. ult. Obad. poſt, Vrbem munitam magnam Eſaiæ, Deſunt, eſt autem ea urbs munita Romana. Vide et locum celebrem mutilatum in Par. Chald. cap 4. v. 21. 22. Threnorum, ubi hæc verba, Tu Roma in terra Italiæ, expunguntur. Ecquid expectare poterat, niſi ex lectis codicibus illis pelâ fieret Pontificios hos eruditos aliquid in literis Hebraicis tentaturos (quod penè hæreticũ olim habebatur) aut poſt Chriſtianiſſimi ſpolia Iudaiſmũ invaſuros? Sed valdè ſibi Iovique ſuo Capitolino metuunt, qui nihil in Romam dici vel in Iudæorum ſcriptis permittant. Plura proferre in promptu erat, ſed ſpicilegium iſtud ſufficiat. Et ut verbo dicam, alia mihi ratio hæc patefaciendi addenda eſt, ſc. ne quis Momus aut Zoilus

errata mea inclementius exagitet, dum eruditiorum nævos oculis ſuis ſubjectos videt. Si quid erratum quis clementèr oſtenderit, corrigam. Si ſeveriùs reprehenderit, feram, ea tamen lege, ut ſibi caveat, ſi quid in hoc genere ediderit, ne fortè (ſine verborum tamen aſperitate) repoſitum ſibi nanciſcatur. Intelliget forſan quiſquis ſit, facilius eſſe falſa refellere quàm vera depromere. Cenſuræ mitioris expectatione ſuffultus hanc tranſlationem doctorum judicio libens ſubmitto, & ad particularia huic operi magis congrua deſcendo. In ſpecie varia de hac Paraphraſi præfanda ſunt. 1°. De titulo. 2°. De Autore. 3°. De tempore ſcriptionis. 4°. De dialecto Hieroſol. 5° De methodo. 6°. De operis utilitate. De titulo. Primò Targum appellatur, quod "interpretationem ſignificat, ſed Paraphraſticam peculiariter denotat, quando non tam verba, quam ſenſus ex alia lingua redditur. Et inde Arabum atq; Turcarum Dargoman, Explanator ſeu Paraphraſtes. Κατ' ἐξοχὴν autem Chaldaicam veteris Teſtamenti Tranſlationem denotat. Paraphraſis Chaldaica triplex apud Iudæos præcipuè in uſu fuit, Onkeli, Ionathæ, & Hieroſolymitana. Onkeli in legem, Ionathæ in Prophetas, Hieroſol. in Hagiographa. Quæ tamen noſtra non eſt. Ea quam ſermone Latino communicamus, in Pentateuchum extat in Bib. Ven. Edit. 1. In Bib. Buxt. & in Pentateucho parvo Venetiis edito. Nec exemplaria plura nobis videre contigit. Cur Targ. Hieroſol. appelletur, apud viros doctos minùs conſtat. Serarius Babylonicam eſſe vult Onkeli Paraphraſin, unde conjicere licet hanc Hieroſol. vocari, ut a priore diſtinguatur, ut in Talm. Babylon. & Hieroſol. Helvicus ex Academia Hieroſol. non Babylon. hanc prodiiſſe credit, ideoq; hoc titulo inſigniri. Quæcunque nomi-

" Nic. Serarius Rib. & Herod. c. 16 Chriſtoph. Heluic. de Bibl. Paraphr. Cap. 1.

nominis ratio fuerit, certum est duplicem fuisse Paraphrasin Hierosol. in Pentateuchum (nisi fragmenta operis majoris amissi hìc colligantur) cum sententiæ innumeræ ab Elia citentur, quæ in Codicibus nostris non extant, quod exemplis in Lex. Chald. Talm. Rab. Clarissimus Buxtorfius copiosissimè demonstravit. De autore hujus libri altum est silentium, nec præter doctorum virorum conjecturas quicquam in lucem prodiit. "*Qui ab Onkelo Aquilam distinguunt, Aquilam Paraphras. autorem esse volunt.* "*Autor ejus a nonnullis putatur idem esse, qui Hagiographa interpretatus est. Is fuit Rabbi Iosephcæcus. Scriptionis tempus non minus incertum; ut fatetur*" *Elias, qui tamen vel paulò antè, vel paulò post Talmud. conscriptam esse conjicit. Helvicus vero eum Ionathæ coætaneum esse, qui hujus Targ. autor extiterit ob styli similitudinem existimat. Dialectum quod attinet certum est Paraphrastas istos, licèt Chaldaicâ linguâ scripserint, variis tamen Dialectis pro seculorum & regionum varietate in quibus vixerant, usos esse.* "*Chaldaicæ linguæ triplex Dialectus fuit. Prima Babylonica, quæ in Regno Babylon. florens*

" Serar. c. 16.
" Christoph. Gerst. in Talmud. Part. 1. cap. 30. vid. Helvic. cap. 2.
" In Præf. Metargem. Helvic. ibid.
" Vid Diatrib. de compend. & facili ling. Heb. & Chal. condiscendi ratione. Creditur Clarissimi viri Dni Buxtorfii junioris fœtus esse licèt patris nomen dissimulet.

florens purissima fuit. Qua usi sunt in sacris literis Daniel, Ezra, & Jeremias in versu illo Chaldaico Jer. 10, 11. Et postea licèt impuriore Onkelos, Jonathan & autor Talm. Babyl. Secunda Hierosolimytana, qua Judæis Hierosol. familiaris fuit. Hac usi sunt Autores Targ. in Hagiographa, & Targ. Jerusbalemi in legem, ut & Jonathan (si modò illius sit, cujus nomen præ se fert) in eandem. Hanc etiam suam agnoscunt Talm. Hierosol. Liber Zohar, & quædam Medrashim. Tertia Syra Comagena sive Antiochena dicta ex Antiocheno tractu in reliquas Syriæ partes propagata fuit. Eâ Novum Testamentum Syriacum descriptum est. Targum igitur Hierosol. Dialecti secundæ, non Autoris nomen nobis in titulo repræsentat. De methodo pauca. Non explicat hic Paraphrastes capita omnia, aut versiculos universos, ut cæteri, sed quædam e reliquis excerpta, vel quia difficiliora esse hæc, & explicatione magis egere arbitratus est, vel quia fragmenta sola operis amplioris nobis relicta sunt. Sed operis utilitas magneticam vim habet, qua lectores ad se trahat. Ea autem multiplex est. Primò ut alias in Biblia sacra Paraphrases,

raphraſes, præcipuè Ionathanis in legem, & eas quæ in Hagiographa ſcriptæ ejuſdem ſunt Dialecti, facilius intelligamus. Secundò ut legis ſectiones varias, prout a Iudæis lecta fuit, percipiamus. Tertiò ut Cæcitatem Iudaicam in fabulis, præſertim, quibus majores ſuos magnificant, legamus & deploremus. Quartò ut Text. Hebraici interpretationes literales, & genuinas varias indè extrahamus. Sunt qui Myſterium Trinitatis hinc probare contendant, & Chriſti Salvatoris Deitatem, quia de verbo Dei, ut de perſona Paraphraſtes ſæpius loquitur. At conſtat, apud eum verbum hoc perſonale non fuiſſe Meſſiam, a quo perſpicuè diſtinguitur. Sic enim ſcriptum eſt in Exod. 12, 42. In nocte quarta. In fine mundi Moſes e medio deſerti exibit, & Rex Meſſias e medio Romæ, alter in nubis unius, alter in alterius culmine equitabit, & verbum Dominii inter utrunq;. Eadem Ionathan loco prædicto exhibet. Niſi forſan cum Iudæi[a] duplicem agnoſcant Meſſiam, humilem alterum, alterum ſublimem, & ſplendidum, Meſſiæ nomine hoc in loco humilem illum, verbi autem Dei ſublimem ac ſplendidum illum intelligant. Quod ideò

[a] Galatinus de Arcan. Catholi. veritatis. l. 3. c. 2. Buxt. Synag. Jud. c. 36.

deò vero similius videri possit, quia hac ratione Moses una cum duobus illis, quorum utrunq; Messiæ titulo insigniunt, in triumpho simul vecti exhibentur. Restat, ut Clarissimum Buxtorfium laude debita non destituam, cujus beneficio loca dificilia nonnulla restitui, quæ vir doctissimus in eximio illo opere Lex. Chald. Talm. Rab. correcta dedit, & undè aliorum corrigendorum ansam pluriès ceperim. Deniq; Lectorem eruditum exoratum velim, ut quæ conjecturâ propriâ, ubi alia auxilia defuerint, præcipuè in locorum nominibus (ubi tamen & nominum & locorum congruitas, quantùm fieri potuit, observata est) transtulerim, vel æqui boni consulat, vel melius reddat, & quicquid utilitatis ex hoc opere recipiat, Deo tribuat, meq; & studia mea divinæ benedictioni precibus ardentibus commendet. Hæc mihi merces copiosissima erit, qui in hunc finem vivere cupio, ut Dei gloriam, Ecclesiæ commodum quovis modo Christo Salvatore nostro me corroborante promoveam. Faxit Deus.

Amen.

Targ.

תרגום ירושלמי

TARGUM HIEROSOLYMITANUM:

SEV

PARAPHRASIS CHALDAICA

brevis in Pentateuchum.

GEN. I.

1. IN * Sapientiâ creavit Dominus.

2. Et terra: Terra autem vasta fuit, & inanis, & filiis hominum vacua, & bruto omni destituta. Spiritus verò misericordiarum a presentia Domini in aquarum superficie spirabat.

* i. Sapienter; vel forte in sapientia essentiali. i. Christo.

5. Sic fuit vespera, & fuit manè, ubi in principio diei primæ opus ordinavit.

7. Et separavit aquas superiores ab inferioribus.

14. Et sint in signa. Et sint in signa & in tempora constituta, & ad sanctificandum per illa mensium & annorum initia.

27. Et creavit. Et creavit Verbum Domini hominem in similitudine sua; in similitudine e præsentia Domini creavit illum, marem & consortem ejus illos creavit.

CAP. II.

7. Et fuit homo animal vivens.

9. Et arbor. Et arbor scientiæ, Ex qua quicunque comederet, inter bonum & malum distinguere potuisset.

15. Et accepit. Et hominem accepit Dominus Deus, eumque in horto Edenis constituit; & disposuit, ut esset cultor legis & observator.

18. Faciam ei conjugem quasi in eam exiisset.

20. At homini consortem, quasi exiisset in eam, non invenit.

24. Idcirco relinquet vir cubile patris sui & matris.

25. Neque quid pudor esset, cognoverunt.

CAP. III.

7. Subligacula. * Stolas.

8. Ambulantis. Incedentis in horto in robore diei.

9. Et clamavit. Et clamavit verbum Domini Dei ad Adamum, & dixit ei, Ecce mundus quem creavi, coram me manifestus est: tenebræ & lux coram me perspicua sunt. Quare igitur existimas locum ubi tu es, mihi incognitum esse? Num hoc est mandatum quod tibi dedi?

15. Conteret tibi. Eveniet autem cum mulieris filii in lege *laboraverint & mandata fecerint, ut firmi sint, & te in capite tuo percutientes interficiant. Cum verò filii mulieris præcepta legis deseruerint, nec mandata observaverint, tu firmus eris & percutiens eos in calcaneo eorum ægritudine afficies. Erit autem mulieris filiis medela: tibi verò, O serpens, non erit sanatio. Sed futurum est ut illi alii aliis præstò sint * ad curandam conculcationem in calcaneo in fine extremitatis dierum in diebus Regis Messiæ.

18. Et spinam. Et spinas, & carduos tibi multiplicabit: & gramen quod *est* in superficie agri comedes. Respondit Adam, & dixit, obsecro propter misericordias, quæ coram te *sunt* Domine, e *numero* brutorum coram te ne reputemur, ut gramen in superficie agri comedamus. Surgamus nunc, & laboremus labore manuum, & cibum e fructibus terræ comedamus, ut hac ratione inter filios hominum & bruta coram te discrimen existat.

22. Ecce. Et dixit verbum Domini Dei, Ecce homo quem creavi unicum in mundo, sicut ego unus sum in cælis supernis: futurum est ut populi multi ex eo oriantur. Ex illo originem accipiet populus, qui inter bonum & malum distinguere norit. Jam igitur bonum est, ut eum ex horto Edenis ejiciamus,

* Vel pallia, vel indumenta
* *Legnaijen.* ad inspiciendũ pro *legnajin*, laborantes, ut in Cod. Ven. Par. vid. & cap. 27. v. 40.
* Sic עשה Heb. 2. Sam. 19 24. Angl. *dressed.* Sic עבד Chald. Gen. 18. 7. Communiter respondet Hebreo עשה, rarius verbo עבד. Buxtorf. Lex Chald. Talm. Rab. in עבד Helvicus in Tract. de Chald Paraphr. legit, Remedium sibi applicabunt. vel, ad faciendam contritionem. i Se invicem ad resipiscentiam hortabuntur. Idque in calcaneo. i. in fine, in diebus Messiæ.

ejiciamus, priusquam manum extendat, & accipiens etiam de fructu arboris vitæ comedat, & in æternum vivat.

24. Et expulit. Et ejecit hominem, & gloriam divinæ præsentiæ ejus e parte horti Edenis anteriore orientem versus supra duos Cherubinos collocavit. Bis mille annis priusquam conditus fuit mundus legem creavit, & infernum, sicut & hortum Edenis præparavit. Justis quidem hortum illum paravit, ut de fructibus arboris " illius comederent, iisque se " Arboris vioblectarent, quia in hoc seculo legis precepta observaverint. tæ, &c. Gehennam autem impiis paravit, quæ gladio acuto utrinque devoranti similis est. Scintillas ignis in medio ejus posuit, & prunas, impios quæ comburant, ut se in illos ulciscatur seculo futuro, quia in hoc seculo mandata legis non observaverint. Est igitur arbor vitæ lex. Quicunque eam in hoc mundo observat, vivus erit & incolumis sicut arbor vitæ. Bona est lex eam colenti in hoc seculo, sicut fructus arboris vitæ in seculo futuro.

CAP. IV.

7. Nonne si bene feceris? Nonne si bonum sit opus tuum in hoc seculo, habitatio & requies tibi dabitur in futuro? Et si bonum non fuerit opus tuum in hoc mundo, ad diem judicii magni peccatum tuum reservatur, & ad cordis januam accubat. Interim in manum tuam tradidi potestatem in concupiscentiam pravam, & tu ei dominaberis sive ad bene faciendum, sive ad peccandum.

8. Et dixit Cain Abeli fratri suo, veni & exeamus in superficiem agri. Accidit autem cum illi duo in apertum agrum exiissent, respondit & dixit Cain Abeli fratri ejus. Non est judicium, neque index, neque mundus alius, neque merces bona justis danda, neque vindicta in impios exequenda, neque in misericordia creatus fuit mundus, neque in misericordia dictum fuit, quòd oblatio tua recepta fuit in beneplacito, mea autem ita recepta non fuerit. Respondit Abel, & dixit Caino, Est judicium, est & judex, nec non mundus alius, & est merces boni gratuita piis *reservata*, & vindicta in impios, in misericordia quoque creatus fuit mundus,

& in misericordia dictum fuit (at de fructibus operum bonorum dictum fuit) fuisse opera mea recta præ tuis, in beneplacito receptam fuisse oblationem meam, tuam autem hoc modo non fuisse approbatam. Sic contendebant hi duo in agro aperto, & surrexit Cain in Abelem fratrem suum eumque interfecit.

10. Vox sanguinis populorum justorum, qui ex Abele fratre tuo nascituri erant.

13. Et dixit Cain eorum Domino, multa sunt peccata mea "ferenda, est tamen apud te potentia absolvendi me & remittendi mihi.

" Vel, ut Targ. Jon. מלמצוא Plura sunt peccata mea, quàm ut ferre possim.

16. Et exiit Cain a præsentia Domini, & habitavit in terra exulans & vagus ex oriente horti Edenis. Fuit autem priusquam Cain fratrem ejus Abelem occiderat, quòd terra fructus ei multiplices produxerit, sicut fructus horti Edenis: at postquam peccaverat, & fratrem suum occiderat, e converso spinas & carduos produxit,

CAP. V.

4. Octo. Octingentos annos, & in illis annis filios filiasque genuit.

5. Et mortuus est. Et mortuus est & e mundo collectus fuit.

24. Et ambulavit. Et servivit Enoch in veritate eorum Domino, & ecce non fuit, qu'a subtractus fuit verbo e præsentia Domini *profecto*.

CAP. VI.

3. Et dixit. Et dixit verbum Domini, Non adjudicabuntur generationes quæ futuræ sunt post generationem *in* diluvio *existentem* perditioni, vastationi, aut deletioni universali. Annon spiritum meum filiis hominum indidi? propterea quod caro sint & opera eorum alia bona, alia mala, ecce dedi illis terminum centum & viginti annorum, ut resipiscentiam agerent, quod tamen non fecere.

6. Et pœnituit. Et pœnituit a facie Domini per verbum ejus,

ejus, quòd hominem fecerit in terra, & dixit, & * dilceptavit in corde ſuo.

8. At Noah propterea quòd juſtus fuerit in generatione ſua, gratiam & miſericordiam coram Domino juvenit.

Sectio legis ſecunda quæ incipit Cap. 6. v. 9.

11. Et plena fuit. Et repleta fuit terra † violentiis & rapinis.

14. Arcam. Arcam e lignis cedrinis.

* Legi debet ראוריין ut in Tar. Jon. Buxt. Lex. Chal. Tal. Rab. in ורין.

† Vel raptoribus & prædatoribus.

CAP. VII.

11. Feneſtræ. Et feneſtræ cælorum apertæ ſunt.

16. Et incluſit. Et miſertus eſt illius verbum Domini.

CAP. VIII.

1. Et recordatus eſt. Et recordatus eſt in miſericordia ejus bona, quæ apud eum eſt, Noæ.

Et tranſire fecit. Et tranſire fecit Dominus ſpiritum miſericordiarum.

10. Et expectavit. Et incepit numerare.

22. Omnibus diebus terræ ab hinc ſementes et meſſes, & frigus & calor, & dies & nox non ceſſabunt.

CAP. IX.

21. Et incepit. Rurſus cæpit Noah vir juſtus eſſe, & vineam plantavit.

* Sive Attica. Chald. Jattania.

† Chald. Anaſia in Targ. Onkel. אוסנא Oſia. vid. Buxt. Lex. Chald. Tal. Rab. in אנסיא

† Vel Perſia: Idem nomen pro Perſis poni Thren. 4 21. videtur.

CAP. X.

2. Filii Japhethi. Filii Japhethi Gomer. Et nomen præfecturarum illorum Africa, & Germania, & Media, & Macedonia, & * Athenæ, & † Aſſos, & Thracia.

3. Et Filii Gomer. Et filii Gomer, & nomen perfectuarum illorum Aſia, † Phrygia, & Barbaria.

4. Et filii Javan. Et filii Javanis Eliſhah. Præfecturæ eorum * Hellas, Tarſus, Italia & Dodona.

9. Ipſe fuit potens in venatione, in peccato coram Domino, qui fuit venator filiorum hominis in lingua eorum, & dixit iis, Removete vos a † judicio Domini, & adhærete judicio Nimrodis. Idcirco jam dicitur, ſicut Nimrod fortis potens in venatione, *i.* in peccato coram Domino.

10. Et fuit initium. Et fuit principium regni ejus Babel, & Edeſſa, & * Niſibis, & † Cteſiphon in terra Babyloniæ.

11. E terra. E regione illa exiit Aſſyrius, & Niniven ædificavit, & platæas urbis, & Artagigartam.

12. Et Thelaſſarum inter Niniven & Artagigartam. Illa eſt urbs magna.

13. Mitſrajim autem genuit * Mareotas, & Pentapolitas, & † Luſitanos.

14. Et Peluſiotas, & * Pantaſchenitas, undè exiere Philiſthæi, & Cappadocas.

17. Et Hivuæum. Et Tripolitanes, & Arcæos, & Caparſæ incolas.

18. Et Antarados, & Emeſſanos, & Antiochenos: e Babele poſtea diviſa ſunt † vexilla populorum.

CAP. XI.

1. Et fuit. Et fuere omnes generationes terræ unius linguæ, & ſermonis unius, & conſilii unius. nam linguâ ſanctâ uſi ſunt, qua creatus fuit mundus ab initio.

2. Quando errare fecerunt cor eorum ne ſequerentur verbum illius, quo dicente factus fuit mundus ab initio, invenere vallem in terra Ponti, & ibi habitavere.

4. Et dixerunt, venite jam, & civitatem nobis ædificemus, & turrim, cujus culmen ad ſummitatem cælorum attingat. Et faciamus nobis in medio illius domum adorationis in culmine ejus: & gladium manui ejus imponamus, qui coram ea ordines belli diſponat, priuſquam ſuper facie totius terræ diſpergamur.

30. Et fuit Sarai. Et fuit Sarai ſterilis, non fuit ei filius.

Sectio

* Chaldaicè, Alaſtraſos pro Alas Traſos. ut patet e textu Heb. ubi quatuor ſunt nomina. In Chaldaico autem tria tantũ, niſi hæc duo dividantur.

† i. Inſtitutis ritib. ut Helv. Tract. de Chald Par. cap. 9.

* Vid. Talm. in Jevam. fol. 102. col. 1.

† Vid. Ber. rabba. ſec. 37. & Plin. l. 6. c. 26.

* Elias Maronitas eſſe putat è regno Pegu johannis. Schindlerus, Mauros.

† Vel Lycios.

* Forte omnes Scenitas, i. Arabes.

† Vel, inſulę. vel נסי pro נגסי generationes, quod reſpondet Heb משפחת.

Sectio legis tertia quæ incipit
cap. 12. v. 1.

CAP. XII.

2. Et efficiam te. Et præponam te populis multis, & tibi benedicam. Et confirmabo te, & erit Abram in benedictiones multas.

3. Et benedicam illi, qui benedicit tibi & qui tibi maledicit, maledictus erit, & benedicentur justitiâ tuâ omnes familiæ terræ.

5. Et animas. Et animas peregrinorum.

6. Elon Moreh. Planitiem * visionis.

15. Et recepta fuit. Et deducta fuit mulier in palatium Pharaonis.

*Aut Chazozæ. Bux. Lex. Chald. Tal. Rab.

CAP. XIII.

6. Opes eorum. Peculia eorum.

7. Erat autem lis inter pastores pecudum Abrami, & pastores pecudum Loti. Pastores Abrami de pecoribus suis solliciti fuere toto tempore; quo in pascuis fuere: pastores Loti pecorum suorum curam non habebant, sed *ea* † dimiserunt, & abierunt. At jussi fuere Abrami pastores ab Abramo justo Domino eorum, Ne eatis ad Cananæos, & Perizæos, adhuc potestatem habent in terra.

†Vel, visitaverunt interdum sc. non perpetuum gregis curam habebant.

CAP. XIV.

3. Hi omnes. Hi omnes conjuncti fuere in planitie pomariorum.

5. Et percusserunt. Et occiderunt * fortes in Ashtaroth Carnajim, & splendidos inter eos, & terribiles illos qui *ibi* habitaverunt, qui *et* urbem ædificaverant.

6. Et † Horanæos illos qui habitabant in monte Gebalæ usque ad planitiem * visionis quæ deserto vicina est.

9. Et Amraphel. Et Amraphel Rex Ponti, & Arjochus rex

*i. Fortissimos. Sic in cæteris.

† Vel nobiles ut v. 5. fortes, splendidos, terribiles.

* Vid. in cap. 22. v. 6.

rex Elhasaris. reges quatuor contra quinque belli acies disposuere.

* Chald. putei, putei pleni bituminis.

10. Et vallis. Et planities pomariorum * plena fuit puteorum bituminis.

14. Natos. Commorantes in domo justi trecentos & decem decim viros, eosque usque ad Dan em *quæ est* Cæsariæ, prosecutus est.

15. Et persecutus est eos. Et persecutus est eos usque ad Auvetham quæ est e Boreali parte Damasci.

† Vid. in cap. 12. 6.

17. Et reges qui cum eo fuere in valle † vissonis. Ibi erat domus mansionis regiæ.

18. Et Melchizedec Rex Hierosol. (ille est Shem) erat Sacerdos maximus Altissimi.

* Chald. זכר recordiare pro דבר accipe, ut in Cod. Ven. Par.

21. Et opes. Et peculium * accipe tibi.

23. Si a filo usque ad corrigiam calcei. si accipiam quicquam ex omnibus tuis, ut non magnificè efferas & dicas, Ego Abramum ditavi.

CAP. XV.

1. Post. Post hæc peracta, postquam congregati essent omnes reges terræ, & principes provinciarum, & bellum in Abramum justum ordinavissent, & coram eo cecidissent, qui ex illis Reges quatuor interfecerat, & *cum* novem exercitibus redierat, cogitavit Abram justus in corde suo, & dixit: Væ mihi nunc, forte mercedem præceptorum in hoc seculo recepi, nec reservatur mihi portio *ulla* in seculo futuro: aut forte proficiscentur fratres & propinqui occisorum horum qui coram me cecidere, qui sunt in castellis & provinciis suis, & sibi legiones multas adjungent, & contra me venient: forte fuerunt in manu mea præcepta levia in tempore priore, cum ceciderunt coram me, & stabilient se contra me; aut forte inventa fuit in me justitia tempore priore quando coram me cecidere, nunc autem vice secunda inventa non est, sed nomen Domini per me prophanatum est. Idcirco tum verbum propheticum e præsentia Domini venit ad Abramum justum dicendo, Ne time Abram, quamvis illi se congregaverint, & contra te

te * legionibus multis *comitati* veniant: verbum meum merces & scutum tibi *erit* in hoc mundo, & clypeus super te omnibus diebus mundi venturi. Et quamvis hostes tuos capitales coram te tradiderim in hoc seculo, † merces *nihilominùs* bonorum operum tuorum in seculo futuro coram me tibi paratur.

* Vel legiones multæ venient

† Vel, mercedem bonam opera tua en tibi paravere.

2. Et dixit Abram, Obsecro *inveniam* misericordiam coram te Domine Deus, benedictiones multas mihi dedisti, & plures dare intendis. Veruntamen quæ utilitas *indè* mihi futura est, cum ego e mundo sine liberis abiturus sim, & Eliezer filius domus meæ, cujus manibus * subjecta mihi sunt insignia Damascenorum, ille *inquam* † ea causâ ut hæres mihi constituatur, expectat.

* Vel, facta mihi sunt insignia in Damasco.

† Vel, per semetipsum.i. solus.

7. Et dixit ei, Ego *sum* Dominus qui eduxi te e fornace ignis eorum, ex Ure Chaldæorum.

9. Turturemque & pullum columbarum. Et turturem & filium columbæ.

10. Et accepit ei. Et * obtulit coram eo hæc omnia, & divisit ea in partes, & posuit uniuscujusque partem unam e regione alterius, sed aves non divisit.

* Vel, adduxit.

11. Et descenderunt. Et quando descenderunt volucres, † non fuit bellum de partibus illis. Et volucres hæ aves pollutæ fuere, & aves hæ pollutæ *sunt* regna terræ. Eveniet autem cum consultura sint consiliis malis contra filios Israelis, puritas Abrami justi ut eos impediat.

† Vel, non accessit partibus illis, vel, propinquus non fuit partibus illis. Vel, non accesserunt: Aves sc. ab Abrahamo depulsæ.

12. Et fuit Sole. Fuit autem cum Sol ad Occasum veniret, ut somnus profundus suavis super Abramum caderet, & ecce vidit Abram quatuor regna quæ oritura essent ad * affligendum posteros ejus. Terror tenebricosus magnus cadens super illum. Terror, is est Babel: Tenebricosus, hic est Media: Magnus, ille est Græcia: cadens, iste est † Idumæa. Illud est imperium quartum, quod cadere debet, neque resurget in secula seculorum.

* Chald. Servire faciendum.

† i. Imperium Romanum.

17. Et ecce cum Sol occubuisset, & tenebræ venissent, vidit Abram sedes dispositas & thronos in alto collocatos, & ecce Gehennam quæ parata est impiis in seculo futuro sicut fornacem circularem igne scintillantem & flammantem, in

quam cecidere impii, quia rebelles fuerant in legem, dum vixerant: Justi autem, qui eam observaverant, ex angustia, liberabuntur. Hæc omnia sic vidit Abram cum inter partes illas transivit.

19. Cadmonæos. Et omnes filios Orientis.

CAP. XVI.

5. Et dixit Sarai. Et dixit Sarai Abramo, Contentio mea & injuria traduntur in manum tuam. Reliqui patriam meam, & domum ubi genita fui, & domum paternam, & veni tecum * sub fiducia Dei. Ivi tecum coram regibus: coram Pharaone rege Ægypti, & coram Abimelecho rege Philisthæorum, & dixi de te, Frater meus est, ne te occiderent. Et cum vidi me non fuisse impregnatam, accepi Hagaram Ægyptiam ancillam meam, eamque tibi dedi in uxorem, & dixi, Illa pariet, & ego educabo. Quid si fortè ab ea † separatim filios habeam? Illa autem se impregnatam videns, gloriam meam * in oculis suis contempsit & vilipendit. Jam verò appareat Dominus, & inter me & te judicet, & misericordiæ plenitudinem in nos fundat, & pacem ejus inter te & me declaret, ut a nobis mundus impleatur, nec opus sit nobis filio Hagaræ Ægyptiæ servæ, quæ est e filiis eorum populorum qui te in fornacem ignis Chaldæorum projecerunt.

* Chald. in fide cæli.

† Vel solummodò ædificer?

* Chald. in facie ejus.

7. Shurem. Alyziam.

13. Et vocavit. Et gratias egit Hagara, & preces obtulit nomini verbi Dei, quòd ei apparuit dicens, Tu es benedictus ille Deus vivus omnium seculorum, qui me vidi in dolore meo. Idcirco dixit, Ecce privatim mihi apparuisti similiter postquam apparuisti Sarai Dominæ meæ.

CAP. XVII.

3. Et inclinavit se Abram super faciem ejus, & obstupuit.

Sectio legis tertia quæ incipit cap. 18. v. 1.

CAP. XVIII.

2. Et ecce. Tres Angeli missi fuerunt ad Abrahamum patrem nostrum, & tres illi cum tribus sermonibus missi erant. Nulli enim Angelorum supernorum * possibile est ut negotia uno plura eidem committantur. Angelus primus missus est ut prædicaret Abrahamo patri nostro Saram Isaacum paritaram. Angelus secundus missus fuit, ut Lotum e subversione liberaret. Angelus tertius missus est ad subvertendum Sodomam & Gomorham, Admam, & Tseboim. Quapropter venit sermo propheticus e præsentia Domini ad Abrahamum justum, & apparuit illi verbum Domini in valle † visionis. Ille verò sedebat in porta tabernaculi ut se calefaceret post circumcisionem ejus, in robore diei.

* i. licitum.

† Vid. in cap. 12. 6.

10. Et dixit, revertendo. Et dixit, revertendo revertar ad te quasi hoc tempore quo vos * vivitis, & ecce Sarah uxor tua filium pariet. Sarah autem audivit, in janua tabernaculi ipsa audivit, & Ishmael pone eam stetit.

* Vel consistitis. sc jam coram me. i. hoc ipso die, anno proximo.

12. Et risit Sarah in corde suo dicendo, postquam vetula sum, possibile est ut redeam ad dies adolescentiæ meæ, ut mihi sit conceptus, cum & Abraham senex sit?

16. Et prospectabant. Et speculati sunt.

* Neque pœnitentiam agere curaverunt

17. Et dixit, num occultans? Et dixit Dominus in verbo suo, Num abscondam ego ab Abrahamo amico meo quod facturus sum, cum & urbs munita Sodoma sit in medio donorum quæ illi dedi? Justum est ut non subvertamus eam donec *hoc* illi patefecerimus.

אין pro אין vid. Bux. Lex. Chald. Tal. Rab. in תתובא

21. Descendam. Apparebo nunc & videbo num juxta clamorem populi Sodomitici & Gomorrhæi *qui* coram me ascendit, fecerint, & ad mensuram usque plenam peccaverint illi. Cogitant illi in animis suis opera eorum mala fortè coram me non esse revelata: * Si igitur pœnitentiam agere curaverint, † num eam mihi offerent, qui ea non cognoverim?

† Vel. ecce coram me sedent quasi ea non cognoverim vid. not. in Deut. 1. 1. ubi יהב significat. manere stare, vel sedere.

CAP. XIX.

1. Et Lot ſedit in porta Sodomæ, & vidit eos, & cucurrit, & rogavit de pace eorum & incurvavit ſe ſuper faciem ejus uſque ad terram.

2. Et lavate. Et lavate pedes veſtros, lavate etiam manè & abite ad habitationes veſtras in pace: & dixerunt, Non: ſed in platea urbis pernoctabimus.

3. Et comederunt. Et viſi ſunt quaſi ederent & biberent.

7. Ne quæſo fratres mei. Et dixit iis Lot, Expectemus hìc pauliſper ut miſericordiam a coram Domino petamus.

8. Quæ non cognoverunt. Quæ non ſciverunt coitum viri.

11. Cæcitate. Obſcuritate *oculorum.*

15. Et cum aurora. Et juxta tempus quo aſcendit columna auroræ.

18. Et dixit Lot iis. Expectemus hìc pauliſper dum miſericordiam e præſentia Domini petamus.

24 Et Dominus. Et verbum Domini deſcendere fecit ſuper populum Sodomæ, & Gomorrhæ pluvias gratas; * ut facerent pœnitentiam de operibus eorum malis. Et quando viderunt † pluvias gratas, dixerunt, Fortaſſè opera noſtra mala coram eo manifeſta non ſunt. E contrario *igitur* deſcendere fecit ſuper eos ſulphur & ignem e præſentia Domini e cœlis.

* Vel, ſi fortè facerent.

† Chald. pluviam placidam

26. Et intuita eſt. Quia uxor Loti e filiis filiorum populi Sodomitici originem duxit, retroſpexit, ut videret, quid domui paternæ in fine eveniret. Ecce autem converſa eſt ea in columnam ſalis, quæ donec venerit reſurrectio, qua mortui reſurgent, eſt permanſura.

31. Et vir. Nec eſt vir in terra qui nobiſcum congrediatur juxta morem totius terræ.

CAP. XX.

2. Rex Gerar. Rex Arad.

16. Saræ

16. Saræ autem dixit. En ſiclos argenteos mille dedi fratri tuo. Ecce argentum illud tibi datur dono eo quòd abſcondita fuiſti ab oculis Abrahami conjugis tui nocte una. At ab omnibus in univerſum qui apud me fuere caute abſtinuiſti. Ecce ſi dediſſem quicquid penes me eſt * non poſſem ſatisfacere. Et cum res arguentur, Abraham juſtus ſciet quod te non † defraudaverim.

* Chald. non ego ſecundum ſufficientiam.

† Vel, cognoverim, ſc. per concubitum. Sic idem verbum uſurpatur cap. 38. 26 ubi Heb. יָדַע reſpondet.

18. Nam occludendo. Claudendo clauſerat.

CAP. XXI.

1. Et fecit. Et fecit Jehova miracula Saræ, quemadmodum locutus fuit.

7. Quis dixiſſet? Et dixit, quæ fuit prædicatio quam prædicavit Domino meo Abrahamo a principio, is qui dixit, Lactabit illa? Ecce enim peperi filium illi in ſenectute ſua.

9. Et vidit. Et vidit Sarah filium Hagaræ Ægyptiæ quem Abrahamo peperit facientem opera mala, quæ fieri non oportuit, illudentem & cultum peregrinum exercentem.

15. Et finitæ ſunt aquæ. Et ceſſarunt aquæ ex utre, & puerum projecit.

33. Et plantavit. Et plantavit Abraham hortum in Beerſheba, & in medio ejus poſuit cibum & potum, & terminos *addidit*, ubi comedebant & bibebant. * Qui autem comederant & biberant petebant ut ei honorem darent. At noluit ille ab iis recipere, ſed dixit illis pater noſter Abraham, Propterea quòd dixit & verbo ejus *factus* fuit mundus, orate coram patre veſtro in cælis, e cujus *donis* comediſtis & bibiſtis. Illi vero e ſedibus ſuis ſe non movebant, donec eos Proſelytos feciſſet, & mores ſeculi illis patefeciſſet. Et laudavit ibi & precatus eſt Abraham ad nomen verbi Domini Dei ſeculi.

* Vel, et petebant, ut darent illi pretium *eorum* quæ ederent & biberant. Al noluit.

CAP. XXII.

1. Et fuit. Et fuit poſthac quòd Deus Abrahamum tentatione † decima tentaret, & locutus eſt Abraham ei, & dixit, En me.

† Decem Abraham tentationes recitat e Rabbinis Pererius in textum: et Willetus ſcriptor Anglicus. Vid. & Aboth. cap. 5.

2. Moriæ. Ad montem Moriæ

9. Et dixit Abraham, verbum Domini agnum mihi parabit, & si non, tu in holocaustum * creatus es. Et ambularunt illi duo simul corde † contrito.

* Vel, fili mi eris.

† Humiliato sc. & sollicito propter sacrificium Jonathan legit בלב שלום corde pacato.

10. Et emisit. Et extendit Abraham manum suam, & accepit gladium ad mactandum Isaacum filium suum. Qui patri suo Abrahamo respondit & dixit, pater, †convenit ut manus meæ ligentur, ne in tempore doloris mei * commovear & perturbem te, & reperiatur oblatio tua profana, & expellar in foveam corruptionis seculi futuri. Oculi Abrahami in Isaaci oculos intenti fuerunt, & oculi Isaaci intenti fuere in Angelos supernos. Isaacus eos vidit, Abraham non vidit. Ea horâ exierant Angeli superni, & dixerunt hi illis, venite, videte duos justos solos in mundo, alterum mactaturum, & alterum mactandum. Qui mactaturus, non cunctatur, & qui mactandus est, collum suum extendit.

† Vel, liga manus meas benè.

* Vel, trepidem.

11. Et dixit. Ecce me. Et dixit, Abrahame, Abrahame. Respondit Abraham linguâ domus Sanctæ, & dixit, Ecce me.

14. Et invocavit. Et coluit & invocavit Abraham nomen verbi Domini, & dixit, Tu ille es, Domine, qui vides, & visus non es Oro misericordias. Coram te Domine omnia revelata sunt, & tibi perspicuum est nullum fuisse in corde meo † dissensionem quo tempore jussisti me offerre Isaacum filium meum, eumque in pulverem & cinerem redigere coram te. Sed statim manè summo surrexi, & verbum tuum implevi non sine lætitia, & dictum tuum confirmavi. Nunc igitur rogo misericordiam exhibeas e præsentia tua Domine Deus, cum filii Isaaici in horam angustiæ intraverint. * illis in memoriam revocato ligationem Isaaci patris eorum, & dimitte peccata eorũ, & vindica eos ex omni angustia, ut generationes posthæc futuræ dicere possint, In monte domus Sanctuarii Domini, filium suum Isaacum obtulit Abraham, & in hoc monte ubi est Sanctuarium, super illum gloria præsentiæ divinæ revelabitur.

† Vel, divisionem.

* Vel, eorum causâ recordare ligationem.

24. Et concubina ejus. Et pellex ejus, cujus nomen

Sectio

Sectio legis quinta quæ incipit, cap. 23. v. 1.

CAP. XXIII.

2. Et mortua est Sarah in urbe * virorum.

16. Quadringintos siclos argenteos transcurrentes in omni mensa nummularia, & in omni negotiatione recipiendos.

* Vel, potentum, gigantum sc. Num. 13. 33. Judic. 1. 20.

CAP. XXIV.

2. Et dixit Abraham servo ejus principali; qui in omnia bona ejus dominium exercuit, Pone nunc manum tuam sub femore fœderis mei.

10. Omnia enim bona. Omnes enim elegantes thesauri domini ejus in potestate illius *erant*, & surrexit & abiit † in Syriam quæ est juxta umbilicum duorum fluviorum.

20. Et festinavit. Et properavit & * demisit hydriam suum in canalem, & implevit, & camelis ejus omnibus potum dedit.

62. Et Isaacus venerat e schola Shemi magni Beeræ ubi manifestata illi fuit præsentia Domini majestatica, & habitavit in terra Australi.

65. Et accepit peplum. Et accepit peplum suum & se eo operiebat.

† Vel, In Syriam (quæ est juxta Euphratem) duorum fluviorum.

* Quid de hoc loco sentiat clarissimus Buxtorfius, vide in Lex. Chald. Tal. Rab. in מרך.

CAP. XXV.

1. Et nomen ejus *erat* Keturah. Ea autem fuit Hagara quæ illi anteà † ligata fuerat.

3. Ashurim. Mercatores, & artifices, & * principes populorum.

16. In villis eorum. In pagis suis, & castellis duodecim principes populorum suorum.

18. Et habitaverunt. Et habitaverunt ab India usque ad Alyziam, quæ est e regione Ægypti quâ Assyriam ivit: coram omnibus fratribus ejus habitavit.

† Vel, prohibita.

* Chald. capita.

Sectio

Sectio legis sexta, quæ incipit, cap. 25. v. 19.

CAP. XXV.

19. Generationes. Et hæc est genealogia generationum.

22. Et collidebantur. Et arctati sunt filii in visceribus ejus: & dixit, Si tanta sit angusta parturientium, quare vivo ego nunc, ut mihi sint filij? Et profecta est ad petendum misericordiam a coram Domino in schola Shemi magni.

25. Et exiit. Et exivit primus rubicundus totus sicut pallium pilosum, & vocavere nomen ejus Esau.

34. Et surrexit & abiit. Et surgens abiit Esau & sprevit primo genituram, & irritam fecit portionem suam in seculo futuro, nec non mortuorum resurrectionem negavit.

CAP. XXVI.

8. Et prospectabat. Et speculatus est.

10. Et dixit Abimelec, Quid hoc *est* quod feciſti nobis? Ecce parum abfuit quin unus ex adolescentulis cum uxore tua concubuerit, & peccatum magnum super nos attulisses.

35. Et fuerunt. Et fuerunt contumaces, & inflatæ sunt spiritu cultus peregrini, neque voluerunt instructionem recipere ab Isaaco aut Rebecca.

CAP. XXVII.

22. Sed manus. Contrectatio manuum *est* contrectatio manuum Esaui.

26. Sicut odor agri. Sicut odor suffitus odoriferorum bonorum, quæ offerri debent in monte Sanctuarii, cui benedixit vivens in æternum.

28. Serviant tibi. Colant te populi, *sc.* omnes filii Esau, & serviant tibi omnes reges, omnes filii Ishmaelis. Dominus esto & princeps super filios Keturæ. Prius inquirant de pace

tua

tua omnes filii Labanis fratris matris tuæ. Qui maledixerit tibi Jacob fili mi, maledictus erit, ſicut Balaam filius Beoris. Et qui benedicet tibi, benedictus erit, ſicut Moſes propheta ſcriba Iſraelitarum.

40. Et gladio tuo. Et armis tuis bellicis victum quæres, & coram fratre tuo miniſtrabis. Erit enim cum filii Jacobi in lege laborabunt, & præcepta cuſtodient, ut imponant jugum ſervitutis collo tuo. At cum cohibebunt ſeipſos filii Jacobi a laborando in lege, & obſervandis præceptis, ecce tum fractum erit jugum ſervitutis eorum a collo tuo.

45. Dum redeat. Uſque ad tempus quo averſa erit excandeſcentia fratris tui a te.

Sectio legis ſeptima, quæ incipit, cap. 28. v. 10.

CAP. XXVIII.

10. Quinque ſigna patri noſtro Jacobo evenere quo tempore exiit e Beerſheba ut Haranam iret. Miraculum primum. Abbreviatæ fuerunt illi horæ diei, & ſol ei occubuit, * ante tempus conſuetum, propterea quod † dux itineris ejus cum illo colloqui deſideravit. Miraculum ſecundum. Cum pater noſter Jacobus pedes ejus e Beerſheba levavit, ſubſiliit terra eorum eo, & in Harana ſedens repertus eſt. Miraculum tertium. Lapides quos accepit Jacobus pater noſter veſperi & capiti ſuo ſubſtravit, quando manè ſurrexit, invenit eos omnes in lapidem unum *coalitos*: Et hic erat lapis quem erexit in ſtatuam, † ſtabilem, & oleum ſuper caput illius fudit. Miraculum quartum. Cum congregati fuiſſent paſtores omnes ad lapidem illum ut eum ab ore putei removerent, nec potuerunt, venit pater noſter Jacobus, & eum unâ manuum ejus amovit, & oves Labanis fratris maternæ potavit. Miraculum quintum. Poſtquam elevaſſet pater noſter Jacobus lapidem ab ore putei, exundavit puteus ille, quod & per viginti annos fecit, toto tempore ſc. quo manſit pater noſter Jacobus in Harana. Iſta quinque ſigna patri noſtro Jacobo accidere quo tempore Beerſhebâ exiit, ut Haranam iret.

* Chald. quod non fuit in tempore ſuo.

† i. Angelus qui eum ducere debuit. et notæ tantum Angelos eum eo locutos eſſe Rabbini ſentiunt, ideoque notem ſolitò citius adduxit. Bux. in Lex. Chald. Tal. Rab. legit דבוריה verbum ejus: Dei ſc.

† Vel primam, aliam enim propè erexit, Gen. 35. 14.

12. Et somniavit. Et somniavit, & ecce scalam terræ infixam, cujus fastigium ad cælos summos pervenit. Et ecce Angeli qui deducebant eum de domo paterna ascendebant ad prædicandum Angelis supernis dicendo, Venite, videte Jacobum virum sanctum, cujus imagines *sunt* in thronis gloriæ, quem intueri desideraſtis. Et ecce Angeli sancti e præsentia Domini ascendebant & descendebant, eumque intuebantur.

CAP. XXIX.

7. Non tempus. Non *est* tempus *destinatum* ad congregandum.

17. Et oculi Leæ teneræ fuerunt, quia flebat, & orabat ut non ascenderet in * fortunas Esaui; Rachel autem aspectu pulchra fuit, & visu formosa.

a Vel, fatum.

22. Et congregavit. Et congregavit Laban omnem populum loci *illius*, & convivium fecit. Respondit Laban & dixit illis. En anni septem præteriere ex quo vir justus hic ad nos venit. Aqualiculi nostri non defecere, & fontes aucti sunt. Nunc igitur venite, consilium mihi date, ut eum inter nos subigamus septem alios annos. Et dederunt ei consilium, ut fraudulenter ageret, eumque Leam vice Rachelæ recipere faceret.

27. Imple. Imple septem dies convivii Leæ, & dabo.

CAP. XXX.

11. Venit turma. Et dixit Lea, venit turma bona, quæ excindet festa populorum & urbium.

15. Idcirco cubabit. † Per septimanam coibit tecum.

† Vel, per juramentum.

22. Et recordatus est. Quatuor claves *sunt* quæ * reservantur in manu Domini orbis totius Jehovæ, quas neque Angelo *ulli*, neque Seraphino tradidit *ille*, Clavis pluviæ, Clavis † cibi, Clavis sepulchrorum, Clavis sterilitatis. Clavis pluviæ, quia sic scriptura declarat, Aperiet tibi Dominus thesaurum ejus bonum &c. Deut. 28. 12. Clavis cibi, sic enim Scriptura manifestat, Aperiens manum tuam, &c. Psalm. 145. 16.

* Chald. traditæ.

† Vel, sustentationis.

Clavis

Clavis ſepulchrorum, quia ſic dicit Scriptura, cum aperiam ſepulchra veſtra, &c. Ezech. 37. 13. Clavis ſterilitatis, ſic enim ſcriptura docet. Et recordatus eſt Dominus Rachelis, &c. Gen. 30. 22. Et recordatum eſt Verbum Domini Rachelis juxta miſericordias ejus bonas, & audivit Verbum Domini vocem orationis ejus, & dixit per verbum ſuum ſe daturum ei filios.

27. Experimento didici. Expertus ſum.

32. Omnem ovem. Omnem ovem punctatam & variis maculis diſtinctam, & omnem ovem fuſcam inter oves, & punctatum & maculis variis diſtinctum inter capros.

38. In canalibus. In aqualiculis.

CAP. XXXI.

7. Et mutavit. Et permutavit.

9. Et eripuit. Et eripuit Verbum Domini.

11. Et dixi. Ecce me. Reſpondit Jacobus linguâ ſancta, & dixit, En ego.

15. Annon illi peregrinæ reputamur? vendidit enim nos, & ecce quærit * literas matrimoniales tantummodo nobis dare.

18. Subſtantiam ejus. Peculium ejus.

22. Et dictum fuit Labano. Et fuit, cum congregati eſſent paſtores quærentes potum ovibus, † & non reperientes, & dies duos aut tres expectaſſent an fortè exundaret puteus qui *tamen* non exundavit, ut ad Labanum venirent die tertio poſtquam aufugerat Jacobus.

29. Eſt in poteſtate. Eſt mihi exercitus, & populi.

39. Diſcerptum. Occiſum ad te non adduxi, unumquodque eorum, quod e numero fugerat, ego retribui, a me illud requiſiviſti. Et ex iis, quæ furto ablata fuere die, aut nocte a feris ſylveſtribus devorata, quicquid erat, ego illud reddidi.

* i. Dotem uſitatam literis matrimonialibus. Pactum tecum initum cap. 30 32, 34. violare conatur.

† Chald. & non potuere. Forſã quia lapidẽ amovere non poterant. Vid. in cap. 28 v. 20. vel quia non exundavit poſt Jacobi diſceſſum. Vid. ibid.

CAP. XXXII.

2. Et dixit Jacobus cum vidit illos, fortè exercitus ſunt, qui a Labane matris meæ fratre veniunt contra me, ut acies belli

coram me ad occidendum me disponant: aut forte exercitus sunt Angelorum sanctorum e præsentia Domini, qui venerunt ad eripiendum me e manibus eorum. Idcirco vocavit nomen illius loci Mahanaim.

Sectio legis octava, quæ incipit; cap. 32. v. 3.

6. Et quadringenti homines duces bellici cum eo.

15. Et pullos asinorum. Et pullos asinorum teneros decem.

25. Et luxatum fuit. Et obstupuit acetabulum femoris Jacobi cum luctaretur cum illo.

26. Et dixit, dimitte me. Et dixit, Mitte me, quia ascendit columna auroræ, & ecce venit hora qua Angeli laudare *Deum* solent. Et dixit, Non dimittam te nisi mihi benedixeris.

CAP. XXXIII.

4. Et cucurrit. Et cucurrit Esau in occursum ejus, illumque amplexus in collum ejus se inclinavit, & eum osculatus est. Esau flevit propterea quod obtusi essent dentes ejus, & Jacobus flevit propter glabritiem colli ejus,

12. Quòd pueri. Quòd pueruli teneri sint.

19. Numinis. Margaritis.

CAP. XXXIV.

12. Dotem. Dotem & dotis instrumentum.

31. An tanquam *cum* scorto? Respondere duo e filiis Jacobi paritèr, & dixere Israeli patri eorum. Non convenit ut dicatur in congregationibus Israelitarum & scholis eorum, Incircumcisi virginem vitiavere, & idolorum cultores filiam Jacobi. Conveniens potius est, ut dicatur in congregationibus Israelitarum & in scholis eorum, Occisi fuere incircumcisi virginis causâ, & idololatræ, quia Dinam filiam Jacobi polluebant,

ebant, ut non glorietur Shechem filius Hamor in corde ſuo, & dicat, ſicut mulieri quæ neminem habeat, qui injuriam ejus ulciſcatur, ita Dinæ filiæ Jacobi accidit. Dixerunt etiam, Quaſi mulierem ſcortantem, & * foras exeuntem ſororem noſtram reputavit.

* i. meretricem. Sic eas vocare Chaldæi ſolent.

CAP XXXV.

8. Et mortua eſt Debora. Et mortua fuit Debora nutrix Rebeccæ, & ſepulta fuit infra Bethelem ſub quercu, & vocatur nomen ejus Quercus fletus.

9 Et apparuit. O Deus mundi, cujus nomen benedictum ſit in ſecula ſeculorum, docuiſti nos præcepta pulchra, firma, & elegantia. Docuiſti nos ſponſis benedicere ab Adamo & conjuge ejus. Sic enim ſcriptura explicat, Et benedixit iis Verbum Domini, & dixit illis Verbum Domini, Fortes ſitis, & multiplicamini, & replete terram, eamque ſubigite. Gen. 1. 28. Docuiſti nos † malè affectos viſitare a patre noſtro Abrahamo juſto, cum illi apparuiſti in vallibus viſionis, & juſſiſti ut præputium ejus abſcinderet. Sedit autem ille in porta tentorii ſui in calore diei. Sic enim ſcriptura declarat, & dicit, Et apparuit ei Verbum Domini in vallibus viſionis. Gen. 18. 1. Docuiſti nos prætereà lugentibus benedicere a patre noſtro Jacobo juſto, quando apparuiſti ei in reditu ejus a Padan Aram, cum accidit Deboræ nutrici Rebeccæ matris ejus via ſeculi, & cum juxta eum mortua fuit Rachela in via, & ſedit Jacobus pater noſter exclamans & ejulans propter eam, lugens quoque & flens. Et tu Domine omnium ſeculorum Jehovah juxta menſuram miſericordiarum tuarum bonarum ei apparuiſti, & illum conſolatus es, eique lugentium benedictione benedixiſti propter matrem ejus. Idcircò ſcriptura manifeſtat & dicit. Et apparuit verbum Domini Jacobo vice ſecunda in reditu ejus e Padane Syriæ, eique benedixit.

† Vel, ægrotos. Ajunt enim Abrahamum e circumciſione ægrum, ibi ſediſſe. vid. in cap. 18. 2.

16. Et fuit adhùc. Et cum ſpatio * milliaris terræ ab Ephrata abfuit, parturivit Rachela, eique in pariendo difficultas fuit.

* Milliaris parvi ſc. nam alii Jugerum, alii Stadium, alii Spacium exiguum interpretantur. Buxt. Lex. Chald. Tal. Rab. in ברוב.

18. Et pater ejus vocavit. Pater autem illius vocavit eum lingua Sanctuarii Benjaminum.

CAP. XXXVI.

39. Et regnavit post illum Hadar. Et post eum regnavit Hadar, & civitatis ejus nomen fuit Paii, & uxoris ejus nomen Mehetabel filia Matredi, filia aurifabri fortis, qui cùm omnibus diebus vitæ suæ *præteritis* cum defatigatione laborasset, postquam comedisset, & satur factus esset, * cessavit, dicens, Quid est aurum illud & argentum?

* Chald. Reversus est. Vel, mendicavit. Defessus sc, laborando, & opes contemrens.

Sectio legis nona, quæ incipit, cap. 37. v. 1.

CAP. XXXVII.

† Vel, figuratam.

3. Tunicam versicolorem. Tunicam † acupictam.

6. Colligantes. Colligantes fasciculos.

25. Cætum commeantium. Turbam Saracenorum.

33. Et agnovit eam. Et eam agnovit, & dixit, Filii mei tunica hæc est. Neque bestia mala eum devoravit, neque occisus est filius meus Josephus, sed video ego per spiritum Sanctuarii fœminam malam contra eum stantem.

36. Potiphari principi Pharaonis, duci Spiculatorum.

CAP. XXXVIII.

* Sc. a pariendo.

5. In Chezibo. Evenit autem ut * cessaret illa.

15. Quia texerat. Quia obtexerat faciem suam.

19. Velum. Peplum ejus.

25. Educebatur illa. Exiit Tamara ut igne combureretur, & tria testimonia quæsivit, nec invenit *tamen*. Oculos suos in altum elevavit, & dixit, Obsecro per misericordias e præsentia tua Domine, tu es ille Dominus Deus, qui afflictis in hora afflictionum suarum respondet. Audi me in hac hora, quæ est hora molestiæ meæ: et ego excitabo tibi tres justos in planitie Duræ, Hananiam, Mishaelem, & Azariam. Eâ horâ audivit Verbum Dei orationem ejus, & dixit Michaeli, Descende, & da illa ad illuminandum oculos ejus. Quando illa vidit

vidit ea, accepit, & coram pedibus judicum projecit & dixit iis, Vir cujus hæc sunt, is est a quo ego imprægnata sum. Etsi combustioni subjecta essem, nolo ego illum divulgare, confido ego nihilominus in Domino omnium seculorum Jehovah eum testem futurum inter me & illum, ut in corde ejus cujus hæc sunt, ponat, ut ex annulo ejus, & pallio, & baculo quæ hic sunt agnoscat.

26. Et agnovit Jehudah. Et agnovit tria signa ejus Jehudah, & surrexit pedibus insistens & dixit, Obsecro a vobis fratres & homines familiæ paternæ, attendite mihi. Quâ mensurâ metitur homò, eadem mensuratur ipsi, sive bona sit, sive mala: & benè erit cuique qui facta sua patefecit. *Hoc mihi accidit* quia tunicam fratris mei Josephi accepi, & sangvine hircino tinxi, nec non coram pedibus paternis posui, dicens illi, vide nunc an hæc sit tunica filii tui, necne. Mensura pro mensura: proportiones pro proportionibus. Bonum est mihi ut in hoc seculo pudori subjiciar, ut in futuro, pudore non confundar. Præstat me igne extinguibili comburi, potiùs quàm igne devorante consumi. Pura est Tamara nurus mea in judicio. A me illa imprægnata est. Parcite Tamaræ nurui meæ, non enim * filiis fornicationis imprægnata est: quia non dedi eam Shelæ filio meo, *fecit*. Exiit † vox submissa de cælo & dixit. Ambo vos puri estis in judicio. Coram Domino res *agitata* fuit. At non cognovit illam ampliùs.

* Fortè est בנין pro בנין & legi potest, non propter fornicationem &c. *sed* quia non dedi.

† Chald. filia vocis i. Secundaria vox, vocis cælestis quasi partus. Gradus quidam Spiritus sancti & Prophetiæ apud Judæos.

CAP. XXXIX.

4. Et præfecit illum. Et constituit illum gubernatorem.

18. Fuit autem cum extollerem. Et fuit quando elevavi vocem meam.

20. In domo custodiæ. In domo carceris.

CAP. XL.

12. Et dixit ei Josephus, Hæc est interpretatio somnii: Tres palmites sunt tres patres mundi Abrahamus, Isaacus & Jacobus, e quorum nepotibus *aliqui* in terra Ægypti servi erunt.

erunt. At manu trium gubernatorum liberabuntur fidelium; qui botris similes sunt. Et quod dixisti, Accepi uvas easque pressi in calice Pharaonis, & dedi calicem in volam manuum ejus, is calix est vindictæ, quem in fine Pharaonem bibere oportet. * Et *quod ad* pincernam principalem *attinet*, non perire facient mercedem tuam, quia somnium bonum somniasti hoc. Attamen somnii interpretationem *tunc* non dixit illi Josephus. Posteà autem interpretatus est ei Josephus, sicut ei visum est, & dixit illi Josephus, Tres palmites tres dies sunt.

* Suspicor pro ואת legi debere ואת. Tibi autem O pincerna principalis non auferent mercedem tuam. Sic Jonathan legit. Et codex Venet. parvus. v. 18.

16. Canistra. Et ecce tres corbes panis calidi super caput meum.

18. Et dixit illi, Tria canistra sunt tres servitutes duræ, quæ domui Israelis in terra Ægypti futuræ sunt, in luto, in lateribus, & in omni opere agresti. Futurum est ut Pharaoh rex Ægypti decreta mala contra Israelem decernat, filiosque eorum in flumen projiciat. Peribit tamen Pharaoh, exercitus ejus vastabuntur, & exibunt Israelitæ liberati capite aperto. † Et *quod ad* pistorem principalem *attinet*, recipies vindictam, quia somnium malum somniasti hoc. At somnii interpretationem *tum* cognitam illi non fecit Josephus, posteà autem interpretatus est illi Josephus, prout illi visum fuit. Et dixit ei Josephus, Hæc est somnii interpretatio, Tres corbes tres dies sunt.

† ואת pro ואת, ut priùs. Quod hic patet e verbo seq. recipies. Tu autem pistor principalis recipies. vid. in cap. 12.

23. Neque recordatus est. Omisit Josephus benignitatem quæ suprà est, quæ e domo paterna eum deduxerat, & in misericordia quæ infrà est, confisus fuit, *sc.* in pincerna principali, carne operans (caro autem saporem mortis arguit) neque recordatus est scripturæ, ubi scribitur, & explicatur, * Maledictus erit vir ille qui in carne confisus fuerit, & carnem confidentiam ejus posuerit. † Et benedictus erit vir ille qui in nomine Verbi Domini confisus fuerit, & cujus confidentia est Verbum Domini. Idcirco non recordatus est Josephi pincerna principalis, sed oblitus est illius usque ad tempus, quo pervenit terminus ejus, ut liberaretur.

* Jer. 17. 5.

† Jer. 17. 7.

Sectio

Sectio legis decima, quæ incipit, cap. 41. v. 1.

CAP. XLI.

2. Et pascebant. Et erant pascentes in medio juncorum.

34. Faciat. Faciat Pharaoh, & oeconomum præficiat super terram, *partemque* unam e quinqe in terra Ægypti in septem annis saturitatis auferat.

43 Et proclamaverunt. Et laudibus † illum evehebant dicentes, vivat pater regis, qui sapientià magnus *est* quamvis annis tener.

† Chald. coram illo.

CAP. XLII.

23. At ipsi. Ipsi autem nesciebant, quòd Iosephus intellexerat linguam Sanctuarii, quia interpretis loco stetit inter illos Manasses.

36. Et dixit eis Jacobus pater eorum, Me orbastis, Josephus, qua hora eum ad vos misi *ab eo tempore* nescio quid illi in fine evenit, & Benjaminem auferre intenditis vos: mihi autem illi sunt * loco duodecim tribuum.

38. † Exitium. Mors.

* Additiones ad Paraphrasis Onk. Arab. Persic. legunt, Ad constituendum duodecim tribus.

† Hæc nota post sequentes duas posita est in Bib. Buxt. in Venet. Par. omissa.

CAP. XLIII.

8. Tum peccavero. Longè remotus ero ab inquirendo de prosperitate patris mei omnibus diebus.

11. Duplum. Cum duplo.

13. Orbatus fui. Ego autem sicut * non fui orbatus Josepho filio meo, ita nec rursùs orbatus ero neque Simeone, neque Benjamine.

29. In cubiculum. In conclave.

30. Et lavit. † Abluit.

* Sententia Paraphrastæ est Jacobum spiritu doctum scivisse, Josephum vivere, etsi quo loco vixerit, nesciverit. Vid. paraphrasin. cap. 37. v. 33.

† ושזגי pro ושזג ut in Jonath.

CAP. XLIV.

5. Conjectando conjectabit. Augurando augurabitur & ipse * eo.

* Vel, de eo.

12. Et scrutatus est. Et investigavit.

Sectio legis undecima, quæ incipit. cap. 44. v. 18.

18. Et appropinquavit. Et appropinquavit ad eum Jehudah, & dixit. Obsecro te Domine mi, proferat nunc servus tuus sermonem in auribus Domini mei, neque vehemens sit ira tua in servum tuum. Annon quo tempore primùm ad te in Ægyptum descendimus, dixisti nobis. Ego Dominum timeo. Et nunc circumeunt judicia tua, ita ut judiciis Pharaonis similia sint Domini nostri. per quem jurasti. Enimverò honorabilis *sum* ego sicut tu, & pater meus honorabilis *est* sicut Pharaoh Dominus tuus per quem juratus es. Annon ego juravi per vitam capitis paterni (neque mentiar) quod si gladium meum e vagina extraham, nunquam me eum vaginæ inditurum dum totam terram Ægyptiam interfectis † implevero. Nolo ego eum vaginæ indere, donec totam terram Ægypti desolatam reddiderim ab habitatione. A te imprimis ordiar, & in Pharaone domino tuo desinam; propterea quod invito patre *huc* transivi. Fortasse non audivisti, neque tibi indicatum fuit, quid fecerint duo fratres mei Simeon & Levi, qui in urbem munitam Sechemæ ascendentes, quæ in pace habitabat, omnes mares ejus interfecere acie gladii, eò quòd Dinam sororem polluerant, quæ *tamen* in tribubus numerata non fuit, neque portionem, aut hæreditatem *ullam* nobiscum in divisione terræ receptura. Quanto magis Benjaminis *causâ* fratris nostri nobiscum in tribubus numerati, & nobiscum in divisione terræ portionem & hæreditatem recepturi. Ego etiam cujus robur illorum *viribus* amplius est, qui pro puero a manibus patris mei recepto fidem obstrinxi meam; ego *inquam* dixi ei, Si non reducam eum coram te, & in præsentia tua collocem, ero peccator in te & remotus ab inquisitione de pace tua in perpetuum. Aut fortè non audivisti, neque indicatum tibi fuit

† Nisi tot menda sint typographica, suspicor (quod Grammatici non observant) נ poni pro א in hac paraphrasi, ut נמלו pro נעביר אמלו pro אעביר נהוו pro אהוו. omnia in hoc versu. Nun enim in Niphal non habent Chaldæi vid. & cap. 45. v. 28. ניזיל abibo & נחמו videbo. Vel, fortasse fratres includit, & legendum est, impleverimus.

reges

reges nos esse & principes tibi similes in terra Cananæa.

19. Dominus meus rogavit. Cum Josephus dilectus & honorabilis vidit robur Jehudæ ascendisse fratris sui, & cogitationes cordis ejus exiisse, et vestimenta ejus lacerata fuisse, eo momento † indicavit Josephus Manassi primogenito ejus, qui calceo suo calcavit. Tremuit autem totum palatium Josephi. Eo ipso tempore dixit Iehudah, Nisi fuisset costa e domo patris mei, non potuisset ita fieri. Tum cæpit Iehudah mollis esse verbis suis. & dixit, Dominus meus rogavit servos ejus dicendo Estne vobis pater aut frater?

† Vel, annuit.

20. Oculum meum. Misericordiam oculi mei super illum.

CAP. XLV.

26. Et defecit animus ejus. Et divisit cor ejus.

28. Et dixit Israel, Bona multa. & consolatoria ut viderem expectavi. Hoc autem non expectavi, quòd ecce adhùc usque Josephus in vivis esset. Abibo & videbo illum priusquam moriar.

CAP. XLVI.

28. Ut obviàm veniret ei. Ad parandum ei locum, domum, *sc.* diversorii Goshenæ.

CAP XLVII.

11. Rangmasesi. Et Pelusii.

15. Et cessavit. Et desiit.

21. Et populum. Et populum qui habitavit in * provincia in civitates transtulit: et populum qui habitavit in civitatibus in provinciam transtulit. ut filios Iacobi non † opprimerent, neque dicerent eis * Peregrini † stercorei *estis.*

† Rure *sc.*

* Vel, desiderent.

† Vel, Hospites.

Sectio legis duodecima, quæ incipit. cap. 47. v. 28.

* Fortè quia ovium pastores. Vel, Galilæi.

31. Et incurvavit *sc.* Et laudes *Dei* cecinit Iacobus super spondam suam.

CAP. XLVIII.

14. E proposito direxit. Commutavit manus suas.

22. *Et ego ecce dedi tibi portionem unam præ fratribus tuis, vestimentum sc. hominis primi. Abstulit id Abrahamus pater patris mei e manibus Nimrodis impii, & dedit Isaaco patri meo. Isaacus autem pater meus dedit illud Esavo. Ego autem id abstuli e manibus Esavi fratris mei, neque gladio meo, neque arcu, sed puritate mea, & operibus bonis.

* De est nota distinctionis in text. Chald. videtur ibi esse pars Paraph v. 14 sed non rectè, ut e verbis liquet.

CAP. XLIX.

1. Et vocavit. Et convocavit pater noster Jacobus filios suos, & dixit iis, Congregamini, & indicabo vobis finem secretum arcanorum abditorum, & donationem mercedum justis, & vindictam super impios, & quæ sit tranquillitas Edenis. Simul congregati fuere duodecim tribus Jacobi, & spondam auream cinxere, super quam decubuit Jacobus noster, orantes ut finem benedictionum & consolationum indicaret illis. Postquam revelatum fuit illi secretum, absconditum ab eo *rursùs* fuit; postquam aperta fuit illi porta, conclusa ab illo fuit. Conversus *tandèm* pater noster Jacobus benedixit filiis suis, unicuique secundum bonitatem operum ejus benedixit.

2. Congregamini. Postquam congregati essent duodecim tribus Jacobi, & spondam auream circumdedissent super quam pater noster Jacobus decubuit, expectabant, ut iis benedictionum & consolationum ordines revelaret: at ab eo absconditum fuit. Respondit pater noster Jacobus & dixit illis, Ex Abrahamo avo meo ortus est Ishmael profanus, & omnes filii Keturæ, & ab Isaaco patre meo Esavus prophanus frater meus originem duxit. Ego etiam metuo ne inter vos sit vir, cujus cor a fratribus ejus divisum est, ad abeundum post cultum idolorum aliorum. Respondere duodecim tribus Jacobi omnes pariter dicentes, Audi nos O Israel pater noster, Dominus Deus noster Dominus unus est. Respondit

Jacobus

Jacobus pater noster, & dixit, Sit nomen illius magnum benedictum in secula seculorum.

3. Tu Reuben primogenitus meus es, robur meum, & principium * doloris mei. Conveniens erat tibi Reuben fili mi, ut tres portiones præ fratribus tuis reciperes, primogenituram *sc.* sacerdotium *et* regnum. At quoniam peccasti Reuben fili mi data est Josepho primogenitura, Jehudæ regnum, tribui Levi, Pontificatus maximus.

4. Instabili confero te ego, fili mi Reuben, horto parvo, cujus in medium intrant fluvii inundantes, *ita* ut non possit eos sustinere, sed coram iis frangitur. Sic fractus es Reuben fili mi in operibus tuis bonis, quia peccasti. Ne pergas peccare, & in eo quod peccasti, tibi remittetur.

5. Simeon & Levi fratres † plenè potentes domini armorum acutorum bellum a pueritia sua fecerunt: in terra hostium suorum capitalium victorias bellicas reportarunt.

6. In secretum eorum. In consilium eorum * se non conjunxit anima mea, neque in congregatione eorum ad vastandam urbem munitam Sechemæ honori meo pepercere. in furore suo enim reges & magnates trucidavere, & pro beneplacito suo Josephum fratrem eorum, qui juvenco similis est, vendidere.

7. Maledicta *sit* ira eorum. Maledicta fuit urbs munita Shechemæ, cujus in medium intrarunt Simeon & Levi ad perdendam eam in furore suo, quia vehemens fuit, & in excandescentia sua, quia difficilis fuit. Dixit pater noster Jacobus, si cohabitent illi, non potest populus *ullus* aut regnum coram illis stare. Dividam tribum Simeonis in sapientes doctores legis in congregationibus Jacobi, & dispergam tribum Levi in scholis filiorum Israelis.

8. Jehudah laudabunt te omnes fratres tui, & de nomine tuo vocabuntur omnes Judæi: manus tuæ de inimicis tuis te vindicabunt: prævenient te & de pace tua inquirent omnes filii patris tui.

9. Catulus. Assimilo ego te fili mi Jehudah catulo filio leonum: ab interfectoribus Josephi tu relictus fuisti: a judicio Thamaræ fili mi tu * insons fuisti, quiescens & habitans

* אזן dolorem transtulit paraphrastes, non potentiam.

† Child. perfecti potentes. Fatetur Elias nescire se quid hic sit תלמין vid. Bux. jun. Lex. Chald. Syr. in תלם Ego suspicor esse ת pro ש & תלמין pro שלמין quod Chaldæis (licet non in hac voce) frequens est. Vel potius ט pro ת & תלמין pro טלמין violenti. Buxt. Jun. in Lex. Chald. Tal. Rab. legit, Fratres sulcarii. Sibi invicem ut solet respondentes.

* Vel, oblectationem non habuit.

† In v. 8. Tu confessus es de opere Thamaræ sc: vel factum illius, vel indictæ criminis Jehudæ in lu. c. in duxisti. ca. 38. 25.

in medio belli instar leonis aut leænæ, neque est populus aut
* Vel, resistat tibi. regnum, quod * coram te stabit.

10. Non recedet. Non cessabunt reges e domo Jehudæ, neque etiam † sapientes legem docentes e filiis filiorum ejus,
† Vel, Doctores. usque dum veniat rex Messias, ad quem regnum pertinet, eique futurum est ut serviant omnia regna terræ.

11. Ligans. Quam pulcher est rex ille Messias, qui e domo Jehudæ oriundus est lumbos ejus ligans, & in bellum exiens coram osoribus ejus, & occisi sunt reges cum magnatibus? Rubicunda faciens flumina sanguine occisorum suorum, & albos faciens colles ejus adipe fortium suorum? vestimenta illius sanguine intincta sunt: ipse autem similis est * conculcationi uvarum.
* i. suceo calcato. Vel, expressioni. i. Vino expresso.

12. Rubicundus. Quàm pulchri sunt oculi regis Messiæ aspectu præ vino puro, ita ut non possint videre revelationem nuditatum, aut effusionem sanguinis innocentis? Dentes e-
† Vel, juribus. jus exercitati sunt in † ritibus, ita ut violentias aut rapinas comedere nequeant. Montes ejus præ vitibus & torcularibus meis vino rubebunt: colles ejus præ abundantia annonæ & gregum ovium albi erunt.

14. Issachar tribus fortis *est*, & terminus ejus inter duos terminos medius erit.

15. Et vidit. Et intuitus est domum sanctuarii, quæ vocatur Quies, quòd bona sit, & terram, quòd fructus illius pingues sint, & inclinavit humerum suum ad laborandum in lege, & fratres ejus omnes tributa ab eo exigebant.

17. Erit Dan. Liberator erit, qui *indè* orietur, fortis
* Vel, attollet. erit, & se super omnia regna * exaltabit. Ille autem similis erit serpenti in via decumbenti, & aspidi in divisione viarum latitanti, qui equum in calcaneo suo percutiet, & præ timore ejus equitator confringetur, ita ut retrò dejiciatur. Ille verò est Samson filius Manohæ, cujus terror inimicos illius invasit, & metus ejus hostes illius, quique reges cum potentibus interfecit.

18. Salutem tuam. Dixit pater noster Jacobus, non Gidionis filii Ioashi liberationem, *quæ* illius horæ *est*, expectat anima mea, neque redemptionem Samsonis, quæ

fuit

fuit redemptio * religioſi hominis, ſed redemptionem, quæ in verbo tuo populo tuo filiis Iſraelis ventura dicitur. Illam *inquam* redemptionem expectat anima mea.

19. Gad. E domo Gadis exibunt exercitus armis inſtructi, & illi Iſraelem Iordanem tranſire, & terram Cananæ poſſidere facient, & poſteà ad habitationes ſuas in pace redibunt.

20. Ex Aſhero. O † beatitudo Aſheri. Quàm pinguis eſt terra? Et terra ejus delicias regibus Iſraelitarum ſuppeditabit.

21. Nepthali. Nuntius qui celer eſt ad prædicandum prædicationes bonas. Ille enim patri noſtro Iacobo priùs annuntiavit Ioſephum adhuc in vivis eſſe. Ille quoque parvo ſpatio in Ægyptum deſcendit, & contractum emptiones * portionis duplicis e palatio Ioſephi adduxit Et quando os ejus aperuit in congregationibus Iacobi ſermo ejus inſtàr mellis dulcis fuit.

22. Filius fæcundæ. Fili incrementi mihi Ioſephe, fili incrementi mihi & fortis es, & fortis tibi videris. Aſſimilo ego Ioſephum filium meum viti plantatæ juxta fontes aquarum, quæ radicem † ſuam ad terminos uſque emittit, & extendens ſurculos omnium ramorum ſurſum emittit, & omnes arbores ſuperavit. Sic ſubegiſti Ioſephe fili mi ſapientiâ tua omnes incantatores Ægyptiorum, & omnes ſapientes eorum, qui fuerunt eo tempore quo te equitare fecerunt in curru ſecundo qui fuit Pharaonis. & coram te proclamavere, & dixere, Hic eſt pater regis. Vivat & ſtabilis ſit pater regis, qui ſapientiâ magnus, annis autem parvus eſt. Erant & regum principumque filiæ præ gaudio ſubſilientes tuâ cauſâ ad feneſtras, & tibi in cancellis auſcultantes, & coram te diſpergentes catenas, annuos, ornamenta muliebria, torques & vaſcula quæque aurea, cogitantes velle te oculos tuos *extendere

a Suſpicor עבור pro עביר ſcribi. Et tranſferri debere, Redemptio tranſiens. Sic priori, Illius horæ, reſponder. Et Jonathani, qui utramque vocat פורקן דשעתא Redemptionem horæ, ſeu temporalem. Sic in Heb. Jer. 2. 20 אעבור Keri. אעבור & Jer. 15. 14. ורהעברתי quod Q m. chi legit והעבדתי quod Q m chi legit והעברתו Conjecturam hanc confirmat codex Ven. Prim. qui legit. עביר. Et Ven. Par. in additione in fine legit עבר in priore redemptione. Sic Addition. in paraph. Onk. Arab. Per ſic, & חקל pro חלק Agri. non enim agitur de duplici portione Joſephi, ſed de agro duplici, ſeu loco ſepulturæ. Jonathan in cap. 50. 13. vit Eſavum noluiſſe permittere Jacobi corpus in illa ſpelunca ſepeliri, priuſquam contractum ejus cum Jacobo Naphtali ex Ægypto attuliſſet. † Vel, ad petrarum omnium juga in altitudines emiſit. * Vel, ſuſpendere.

Helvic. de Chald. Par. p. 32. c. 6 † Chald. bonitas. *

& unam

& unam illarum intueri. * Parce tibi Ioſephe fili mi ut ne in ullam earum oculos tuos conjicias Dixerunt autem regum, ſatraparumque filiæ hæ illis, Hic eſt vir ille ſanctus Ioſephus, qui poſt aſpectum oculorum ſuorum aut cogitationem cordis ſui non incedit (aſpectus enim oculorum ſuorum, & cogitatio cordis proprii filios hominum ex hoc ſeculo eradicant) idcirco e te ſurgent duo tribus Manaſſes & Ephraim qui portionam & poſſeſſionem cum fratribus ſuis in terræ diviſione recipient.

23. *Et amaritudine cum affecerunt. Locuti ſunt adverſus illum, neque in illum prævaluerunt *tamen* omnes incantatores Ægyptii, & ſapientes omnes *in* ignominiam illius locuti ſunt coram Domino ejus. Obtrectationes in illum coram Pharaone, rege Ægypti ſparſere, ut eum ex honore illius deturbarent. In illum linguâ † tertia locuti ſunt in palatio Pharaonis, quod illi difficile fuit inſtar ſagittarum.

24. Et permanſit. Et manere fecit robur confidentiæ ejus in duabus manibus ejus & brachiis illius: & miſericordias rogavit a fortî *Deo* patris ejus Jacobi, cujus ſub brachio fortitudinis ducti ſunt & venerunt tribus Iſraelis.

25. A Deo. Benedictionibus uberum, e quibus lactatus es, & viſcerum in quibus cubuiſti.

26. Benedictio patris tui. Benedictiones patris tui addentur benedictionibus, quibus tibi benedixere majores tui Abrahamus & Iſaacus, ſimiles montibus, & ſupra benedictiones quatuor matrum, quæ collibus ſimiles fuere, Sarræ, Rebeccæ, Rachelæ & Leæ. Venient omnes benedictiones hæ, & eventum plenum habebunt, ut multiplicentur ſuper capite Joſephi, & vertice viri, qui magnus fuit & princeps in terra Ægypti, & ſplendidus honore a fratribus *dato*.

27. Benjaminus lupus. Urſo rapaci eum aſſimilo: in limite ejus ſanctuarium ædificabitur, & in poſſeſſione illius habitabit gloria majeſtaticæ præſentiæ Domini. Manè offerent *ibi* ſacerdotes agnum jugem cum oblatione illius, & cum occaſu ſolis offerent ſacerdotes agnũ jugem *alterum* cum oblatione illius. Veſperi autem dona Iſraelitarum dividet.

CAP.

6 Malum aliquod amolientis vox, eſt. Nos dicimus Abſit. vid. Rux. dict. Chald. Syr. Hinc Petrus Ἱλεώς σοι, Kυε. Matth. 16. 22.

* Vel, amari ſyerunt. אמרו pro אמררו

† i. Calumniante. vid. Druſii quæſtiones. l. 1. c. 4. & Aug. ad frat. in erem. ſ. 26. & Debarim Rabba Seder Shophtim. p. 202. Col. 2. אשר רבי שמואל נגר In lib. Talmud. Erachin. fol. 15. col. 2. In occidente (i. Palæſtina) dicunt; Lingua tertia occidit tres, occidit ipſum loquentem accipientem, & eum de quo dicitur.

CAP. L.

1. Et cecidit. Et *cubare fecit Iosephus in sponda cedrorum auro obtectarum, cum margaritis affixis, exornata, & stragulis è bysso & purpura instructa. Ibi vina effundebant, & odores suaves. Ibi aromata incendebant. Ibi viros de posteris Esavi constituere. Ibi magnates de filiis Ishmaelis collocavere. Ibi stetit leo* Iehudæ fortissimi fratrum suorum. Respondit Iehudah & dixit fratribus suis, venite † cedrum magnam patri nostro ædificemus; cujus fastigium ad summitem cælorum perveniat, * fundamentum autem illius ad † incolas mundi *hujus*: quia ex illo orti sunt duodecim tribus, ex eo etiam orti sunt sacerdotes cum tubis suis, & Levitæ cum citharis. * Et fleverunt: Iosephus *autem* inclinavit *se* super faciem patris sui, & super illum flevit, eumque osculatus est.

16. Et amandarunt. Et jussere tribus Bilham Rachelæ ancillam dicere, Pater tuus priusqam † congregatus fuit, dicere jussit.

19. Et dixit iis Iosephus, Nolite timere, quoniam finitum est malum quod mihi fecistis. Annon coram Domino sunt cogitationes filiorum hominum?

26. Et mortuus est Iosephus. illum condivere, eumque in arca in terra Ægypti posuere.

* sc. patris mortui cadaver. Jon.

* Vel, Jehudah fortissimus.

† i. arcem cedrinam.

* Chald. radices.

† Vel, generationes seculi.

* Suspicor pro ובכין legi debere ובכן. Et tunc inclinavit se. ut legit Jonathan.

† sc. ad populum suum. cap. 49. v. ult.

EXOD. I.

Sectio legis decima tertia, quæ incipit Exod. 1. v. 1.

CAP. I.

8. ET ſurrexit rex. Et ſurrexit rex in initio ſuper Ægyptum, qui Joſephum non cognovit, neque in lege ejus ambulavit.

10. Et pugnet. Et occidant nos, & exeant in pace e terra.

11. Pithom. Thanes & Peluſium.

15. Et dixit rex Ægypti obſtetricibus Hebraicis quarum alterius nomen erat Shiphrah (ipſa autem erat Iochebed) alterius verò nomen erat Puah (ea fuit Miriam.)

19. Quia vividæ. Quia vividæ ſunt, priuſquàm veniat ad illas obſtetrix, orant illæ coram patre ſuo cæleſti, & ille reſpondet iis, & eum pariunt.

21. Et fuit. Quia Deum timuerunt obſtetrices, ideò nomen bonum ſibi inter generationes acquiſivere, & domos ſibi fecere, domum ſc. Levitarum, & domum pontificatus maximi.

CAP. II.

1. Et abiit. Et ivit vir e tribu Levi, & accepit Iochebed amitam ſuam ſibi in uxorem.

3. In alga. In junceto quoque poſuit eum juxta ripam fluminis.

10. Extraxi eum. Evexi illum.

12. Et reſpexit. Et intuitus eſt Moſes per ſpiritum ſanctum duos adoleſcentes, & vidit, & ecce nullus erat proſelytus

lytus e posteris Ægyptii illius futurus, ideoque Ægyptium interfecit, eumque in arena abdidit.

CAP. III.

2. Rubus. Et vidit, & ecce rubus ardens in igne, rubus tamen humorem emittebat, & non comburebatur.

3. Quare. Et videbo visionem hanc magnam quapropter rubus humorem emittat & non ardeat.

5. Extrahe. Exue calceos tuos.

14. Ero. Et dixit verbum Domini Mosi, (*illud sc. quod dixit mundo. Esto: et fuit, et dicet ei, Esto & erit) & dixit, sic dices filiis Israelis, Ero misit me ad vos.

22. A vicina sua: Ab ea quæ proxime illam habitat.

* Vel, Ille qui dixit mundo, Esto, & fuit, & qui dicet ei, Esto, & erit, dixit etiam, Sic dices.

CAP. IV.

3. Abjice eum. Et dixit, projice eum in terram. Et projecit eum in terram.

4. Per caudam illius. Et fortiter apprehende † caudam ejus.

† Chald. in domo caudæ ejus.

6. Infer. Imponito nunc manum tuam in sinum tuum, & indidit manum illius in sinum suum.

10. Quia ore gravis. Quia ore claudus & ad loquendum difficilis sum.

13. Mitte nunc per manum illius, * quem tibi visum est mitti oportere.

* Vel, qui dignus est, ut mittatur.

16. Ille erit tibi os. Ille erit interpres tibi, & tu illi eris quasi inquirens doctrinam e præsentia Domini.

25. Et accepit. Et amputavit præputium filii sui, & obtulit coram pedibus † perdentis, & dixit, Sponsus quærivit circumcidere, sed socer ejus non permisit eum. Nunc autem expiatio facta est sanguine amputationis hujus propter peccata sponsi hujus.

† i. Dei, vid. v. 24. vel Angeli perdentis. Vid. not. in v. 26.

26. Et destitit. Et cum cessaret ab eo * perdens. tum laudavit Zipporah, & dixit, Quam charus est sanguis amputationis, qui sponsum liberavit è manibus Angeli mortis à

* i. Angelus mortis, ut sequitur.

31. Et inclinarunt. Et in genua procubuerunt.

Sectio legis decima quarta, quæ incipit cap. 6. v. 2.

CAP. VI.

2. Et apparui. Et revelatus fui perverbum Domini Abrahamo, Isaaco, & Jacobo in *nomine* Dei cælorum. nomen autem Verbi Domini notum illis non feci.

* Vel, abbreviatione, spiritus sc. ut apud Jonath.

9. Præ anguſtia. Præ * exciſione.

CAP. VII.

9. Et projice. Et dejice coram Pharaone.

† Vel, refrigerandum ſe juxta aquas.

15. Exiit ad aquas. Ad † reficiendum ſe per aquas.

19. Etiam in *vaſis* ligneis. Et in lignis.

CAP. VIII.

1. Stagna. Paludes.

5. Gloriam aſſume. Da ſignum. Et longè removeto te quouſque pro te oravero.

10. Acervos, acervos. Coros, coros.

17. Colluviem. Mixturam.

CAP. IX.

* Hæc nota poſt ſequent. extra locum ſuum ponitur.

9. * Ulceribus. Puſtulis.

17. Teipſum extollis. Corroboras.

31. Et linum. Et linum *in* culmis fuit, & florem ſuum decuſſerat.

Sectio legis decima quinta, quæ incipit cap. 10. v. 1.

CAP. X.

28. Et palpet. Et palpent in tenebris.

28. Et

28. Et dixit ei Pharaoh. Abito a me, cave tibi ne vehemens sit ira mea in te dicendo, Annon dura sunt verba, quæ tu mihi dicis? veruntamen mori vult Pharaoh, potius quàm verba tua audiet. Cave ne vehemens sit ira mea in te, & tradam te in manus * populi hujus qui quærit animam tuam ad occidendum te.

* Chald. populorum horum, qui quærunt.

29. Ex dixit Moses. Rectè dixisti. E temporibus prioribus mihi prædicatum fuit, dum adhuc Midiane † habitarem * mortuos esse omnes homines, qui vitam meam ad interficiendum *me* quærerent. Non † in perpetuum plagæ cohibitæ sunt, quia misericordia *data* tibi fuit, quoniam ego pro te oraverim. verùm plaga decima Pharaoni erit * in filio tuo primogenito. Et dixit ei Moses, Rectè nunc veritatem dixisti, non videbo ampliùs elationem faciei tuæ.

† Chald. יהב habitarem, ut e sensu patet, & e Jonathan Deut. 1. 1.
* Exod. 4 19.
† Chald. a fine
* Chald. a filio.

CAP. XII.

9. Non comedetis. Crudum.

12. Succincti. Ligati mandatis legis.

33. Nam dixerunt. Dixerunt enim Ægyptii, Si morentur Israelitæ horâ unâ, ecce omnes Ægyptii morientur.

34 Mactris suis. Residuum Paschatum suorum ligatorum in peplis suis positis super humeros suos.

38. Etiam colluvies. Seorsim miscellaneæ turbæ.

42. Nox est observanda. Nox est servanda, & destinata liberationi e præsentia Domini in exitu filiorum Israelis liberatorum e terra Ægypti. Quatuor enim noctes scriptæ sunt in libro † rerum memorabilium.

† Vel historiarum.

Nox prima *fuit* cum revelatum fuit Verbum Domini de mundo ut crearetur. Fuit mundus vacuus & inanis, & tenebræ expansæ super faciem abyssi, & Verbum Domini lucidum fuit & lucem produxit, & noctem illam primam appellavit.

Nox secunda *fuit* cum revelatum fuit Verbum Domini Abrahamo inter * partes dilectas. Fuit Abrahamus centum annos natus, & Sarah nonagintà, ut confirmaretur quod dicit scriptura, Num possibile est Abrahamo centum annos nato

gignere, aut Saræ nonagenariæ parere? Annon triginta septem annos natus pater noster Isaakus quo tempore oblatus fuit super altare? Cæli *sunt* * strati sunt, & descenderunt, & vidit Isaacus fundamenta eorum, & caligavere oculi ejus † præ altitudinibus, & eam noctem secundam vocavit. Nox tertia *fuit* cum revelatum fuit Verbum Domini * super Ægyptios. In medio noctis dextera *ejus* Ægyptiorum primogenitos occidit, & Israelis primogenitos dextra illius liberavit, ut confirmaret quod dicit Scriptura, Israelitæ sunt primogenitus meus, eamque noctem tertiam appellavit. Nox quarta *erit* cum finem suum completum adeptus erit mundus, ut liberetur. Funes iniquitatis vestabuntur, & juga ferreæ confringentur. Moses e medio deserti exibit, & Rex Messias e medio Romæ, alter in nubis *suis*, alter in alterius culmine equitabit, & Verbum Domini inter utrunque & simul ambulabunt, Hæc est nox Paschatis coram Domino observanda, & omnibus Israelitis per generationes suas constituta.

45. Inquilinus. Inquilinus, qui † viribus valet & mercenarius, quando filius est populorum, non comedet ex eo.

* Vel, se incurvavere.

† Vel, ab excelsis.

* Vel, contra.

† Vel, qui vir est, mulieres enim bello captas admittebant, præcipuè virgines. Num. 31. 18. Potest legi, peregrinus alicujus. i. qui apud eum habitat.

CAP. XIII.

10. Ab anno ad annum. Ab his diebus * ad illos menses.

13. Tum decollabis ipsum. Tum eum occidetis.

Sectio legis decima sexta, quæ incipit, cap. 13. v. 17.

* Vel, illorum mensium.

18. Sed circumduxit. Et duxit Verbum Domini populum via deserti maris algosi, Bonis operibus armati Israelitæ e terra Ægypti liberati ascendere.

19. Quia jurando. Jurando enim jurare fecerat filios Israelis, dicendo, Recordando recordabitur vestri Dominus verbo suo & misericordiis bonis.

20. Quod venit ad finem deserti.

21. Ut die nocteque ambularent.

22. Non amovit. Non cessavit.

CAP.

CAP XIV.

2. Ut revertantur. Ut redeant, & castrametentur coram diversoriis Chirotarum inter Migdol & mare coram idolo Zephonis. Quasi in conspectu ejus castrametabimini.

3. Et dixit Pharaoh de Israelitis, Errant in deserto. Conclusit eos idolum Peoris coram se in deserto.

5. Et dictum fuit Et indicatum fuit Regi.

8. Et filii Israelis exiere liberati.

9. Coram diversoriis Chirotarum, coram idolo Zephonis.

14. Dominus pugnabit. In quatuor sectas divisi fuere Israelitæ cum juxta mare algosum stetere. Una dixit, in mari cadamus. Altera dixit, in Ægyptum redeamus. Tertia dixit, bellum contra eos instruamus. Ultima dixit,* adjungamus nos iis, & cũ illis nos misceamus Sectæ quæ dixit, in mari cadamus, dixit Moses, Ne timeatis, parati este, & videte liberationem Domini, quam vobis hodie efficiet. Sectæ quæ dixit, in Ægyptum redeamus, dixit Moses, Nolite timere, quemadmodum vidistis Ægyptios hodiè, nunquam ampliùs illos videbitis in seculum in servitute. Sectæ quæ dixit, instruamus contra illos acies belli, dixit Moses, Ne metuatis, Dominus est in gloria majestaticæ ejus præsentiæ, qui victorias bellicas vestras vobis largitur. Sectæ quæ dixit, adjungamus nos illis, & cum iis nos misceamus, dixit Mosis, Nolite metuere surgite, filete, & honorem, laudemque cum altitudine Deo tribuite.

* Vel, conjungamus nos contra eos, ut illos confundamus. Bux. in Lex. Chald. Tal. Rab in ערבב · At hæc interpretatio cum tertiæ sectæ verbis coincidere mihi videtur.

15. Et dixit Verbum Domini Mosi, Quousque stas tu preces coram me fundens? Audita est oratio tua coram me. Verùm oratio populi mei priùs tuam anticipavit. Dicito Israelitis, ut proficiscantur.

16. Et tu elevato virgam tuam, & manum tuam demitte.

20. Et fuit nubes. Et fuit nubes ex parte lucida, & ex parte tenebricosa: lux *fuit* lucens Israelitis, & tenebras effudit super Ægyptios pars tenebrosa: neque appropinquavere hi illis aciebus bellicis tota nocte.

21. Et extendit. Et inclinavit.

24. Evenit autem tempore matutino ut aspiceret Verbum Domini super exercitus Ægyptiorum, & projecit super eos

picem

picem & ignem, & lapides grandineos, & exercitus Ægyptiorum perturbavit.

25. Et amovit. Et confregit rotas curruum * illorum, & ducebant eos tractos poſt ſe. Mos † mularum erat ut traherent rotas. At retroverſum rotæ & currus mulas trahebant & projiciebant in mare. Reſponderunt Ægyptii & dixerunt hi illis, Fugiamus e conſpectu filiorum Iſraelis, hoc enim eſt verbum illud Domini, quod victorias bellorum ſuorum pro iis operatum eſt, dum ipſi Ægyptiis terga dederint.

26. Extende. Demitte.

27. Et extendit. Et demiſit Moſes manus ejus mare verſus, & reverſum eſt mare tempore matutino in locum ſuum.

* Ægyptiorum ſc.

† מולרחא pro מוליתא ut rectè hanc locum corrigit clariſſimus. Buxtorfius in Lex. Chald. Tal. Rab. in מולא.

CAP. XV.

1. Tunc. Tum cecinit Moſes & filii Iſraelis Encomium cantici * hujus coram Domino & locuti ſunt dicentes, Laudemus & celebremus coram Domino, quia excelſis excelſior eſt, & ſe ſupra ſuperbos extulit, & quiſquis ſe exaltaverit contra illum, ipſe per verbum ſuum ſe in illum ulciſcetur. Equos & equitatores, quia ſe exaltaverint, & populum domus Iſraeliticæ perſecuti ſint, in mare algoſum projecit & merſit.

2. Robur meum. Robur & multitudo laudis exercitus totius orbis Dominus dixit in Verbo ſuo, & fuit nobis redemptor. Ex † uberibus maternis filii ſugentes * indicabant patribus ipſorum digitis ſuis, & dicebant illis, Hic eſt ille pater noſter, qui nos melle e petra lactavit, & oleum e rupis lapide duriſſimo dedit. Reſponderunt filii Iſraelis & dixerunt alii aliis, Hic eſt Deus noſter, & illum laudabimus, Deus patrum noſtrorum eumque exaltabimus.

3. Dominus vir belli. Dominus in honore divinæ præſentiæ ſuæ ille eſt qui pro vobis victorias bellorum veſtrorum unaquaque in generatione operatus eſt. Cognitum eſt robur ejus populo domus Iſraeliticæ: Jehovah nomen illius, nam ſecundum nomen illius eſt potentia ejus, laudetur nomen ejus in ſecula ſeculorum.

* Fortè debet legi חדא pro חדוא. cantici hujus. ut in text. Heb. Hanc conjecturam confirmat Cod. Ven. Par. qui legit חדא. Sic & Jonathan.

† תרי duabus pro תדי uberibus. Vid. Paraphr. Jonath.

* מרמין pro jicientes pro מרמין. indicantes. Sic Jonathan legit מחוין, indicantes.

4. Currus.

4. Currus. In currus Pharaonis & exercitum ejus, in mari agentes sagittas emisit: pulchritudinem juvenum illius in mari algoso obruit cum potentibus illius.

6. Dextra tua Domine. Quàm laudabilis robore est dextera tua Domine, quæ fregit & conquassavit muros hostium * populi tui.

9. Dixit Pharaoh improbus osor & hostis; populum filiorum Israelis persequar, & perdam eos sedentes in litore maris. Captivos ducam ex iis captivitate magna, & spolia ampla ab illis auferam. Dividam ex opibus eorum populo meo militanti, & postquam his expleta fuerit anima mea, gladium meum extraham, & manu dextera mea eos consumam.

12. Extendisti. Mare & terra inter se contendebant. Mare terræ dixit, Filios tuos accipe. Et terra mari dixit, Occisos tuos accipe. Terra eos absorbere non quæsivit, nec mare obruere. Et per verbum coram te demisisti manum tuam dexteram in juramento, quod terræ juravit, te non postulaturum eos ab illa in seculo venturo. Tum aperuit terra os suum, eosque absorpsit.

16. Cadere feciſti super illos terrorem mortis & confractionis. Robore brachii potentis tui ſicut lapides ſilebunt, dum tranſeat populus iſte quem redemiſti vadum Jabboci, & dum tranſeat populus iſte quem acquiſiviſti nomini tuo tranſitum Jordanis.

17. Venire facies eos. Introire facies, & plantabis illos in monte domus poſſeſſionis tuæ habiticuli domus præſentia divinæ ſanctitatis tuæ quam paraſti tibi Domine in domum ſanctam. Domine ambæ manus tuæ eam perfecere.

18 Dominus regnabit. Quando viderunt domus Iſrael ſigna & miracula quæ pro illis fecit ſanctus benedictus Deus in litore maris (ſit nomen illius magnum benedictum in ſecula ſeculorum) gloriam & laudem dedere, Deumque ſuum exaltavere. Reſponderunt filii Iſrael, & alii aliis dixere, venite coronam in capite redemptoris ponamus qui † tranſire facit *alios* nec tranſit ipſe, qui mutat, ſed non mutatur; qui in hoc mundo rex regum eſt, & præterea ejus eſt corona regni mundi futuri, ejus, inquam, eſt in ſecula ſeculorum.

* Chald. pro רעמך vid. Cod. Ven. Par.

† forte מעבר fecit nec factus eſt pro ך

20. Cum tympanis saltabant.

22. Desertum Shur. Viam Alyziæ.

24. Et murmurabant. Et litigabant populus.

25. Et clamavit. Et oravit Moses coram Domino, & ostendit illi verbum Domini * arborem † quandam, & projecit in medium aquarum, & dulces factæ fuerunt aquæ. Ibi indicavit illi Verbum Domini statuta & ordines judiciorum, & ibi tentavit illum tentationibus in * tentatione decima.

26. Sanans te. Nam ego Dominus sum, qui verbo meo te sano.

27. Et venerunt. Et venerunt Elimam. Ibi autem fuere duodecim fontes aquarum juxta numerum duodecim tribuum Israelis, & septuaginta palmæ juxta numerum septuaginta Seniorum synedrii magni Israelitici.

* אלין pro אילן in Text. Chal.

† Chald. דארדפני forte laurum intendit. nam quæ sit Hebræi non exprimút. Amaram fuisse, & nomen tetragrammaton ei Mosen in scripsisse refert Buxt. Lex. Chald. Tal. Rab.

* Vid. in Gen. 22. 1. & Num. 14. 21.

CAP. XVI.

7. Et nos quid? Et nos, quid nos æstimamur?

14. Sicut pruina. Sicut pruina.

21. Et liquefactum est. Factum est liquidum.

31. Sicut semen Coriandri. Sicut semen Coriandri album, & gustus illius sicut placentarum melle mistarum.

CAP. XVII.

21. Et fuit. Et evenit, cum levavit Moses manus ejus in oratione, ut domus Israelis fortiores fuerint: et quando manus ejus ab oratione sua cohibuit, quòd domus Amalechi fortiores fuerint. Ita ceciderunt in aciebus bellicis.

12. Et levatæ fuerunt manus Mosis in oratione.

16. Et dixit. Et dixit, juramentum exiit e *loco* sub solio glorioso Domini totius mundi Jehovæ. Rex primus qui sedere debet super thronum regium filiorum Israelis est Saul filius Cish. Ipse autem acies bellicas in domum Amalechi ininstruet, eosque interficiet. Et qui ex iis relicti fuerint, eos Mardochæus & Estera occident. Dominus in verbo suo dixit se vastaturum memoriam Amalechi in generationes generationum.

Sectio

Sectio legis decima septima, quæ incipit cap. 18. v. 1.

CAP. XIX.

3. Moses autem ascendit ad quærendam doctrinam e præsentia Domini & ei *obviam venit verbum Domini e monte, dicendo, Sic dices hominibus domus Jacobi, & doctrinam congregationi filiorum Israelis † communicabitis.

4. Vos. Vos vidistis quomodo vindictam sumsi de Ægyptiis, & super nubes leves vos * portavi, sicut super alas aquilarum, & vos doctrinæ legis meæ appropinquare feci.

5, Et nunc. Jam verò si voci verbi mei obediendo obedieritis, & fædus meum custodieritis, tunc eritis nomini meo populus † alius & dilecti sicut peculium ex omnibus populis, ad nomen enim Jehovæ pertinet tota terra.

6 Eritis & vos nomini meo reges & sacerdotes, & populus sanctus. Hæc sunt verba quæ dices.

7. Et venit. Venit autem Moses, & sapientes Israelitarum convocavit & coram illis ordine proposuit omnia verba hæc, quæ præcepit illi Verbum Domini.

8. Et responderunt. Tunc respondit populus universus * pariter corde eorum perfecto & dixerunt, quicquid dixit Verbum Domini faciemus, & verba populi in oratione coram Domino retulit Moses.

9. Et dixit. Dixit autem Verbum Domini Mosi, Ecce verbum meum tibi in densa nube revelatum est, ut audiat populus cum tecum loquar, & † tibi quoque verbis sc. prophetiæ tuæ Moses serve mi, fidem dent in perpetuum. Et indicavit Moses verba populi in oratione coram Domino.

13. Non appropinquabit. Manus hominis illi non appropinquabit, quia lapidibus obruetur aut jaculis ignis in eum jaculabuntur : sive bestia sit sive homo, non vivet. Cum clanxerit buccina, illi montem versus ascendent.

15. Et dixit populo, per tres dies parate vos, congressu omni conjugali abstinebitis prorsus.

* Vel, eum prævenit. i. Deus eum allocutus est priùs, qui ad inquirendum venit.

† Cod. Ven. Par. & Jon. communicabis

* וסכליה pro וסבלות. i. כ pro ב Vid. Cod. Ven. par.

† i. distinctus ab aliis gentibus, seu peculiaris. Seorsim habitans. ut Num. 23 9. Fortè אוחרז pro אוחרז. possessionis, opum, divitiarum. Sic in Prov. 27. 24. in Bib. Reg. Est אחדנא ubi Bib. Ven. habent אחונא

* Vel simul.

† Vel, tibi soli. Moses enim Deo maxime familiaris fuit Num. 12. 6. 7.

18. Et mons sinæ fumavit totus, priusquam revelata fuit super eum gloria præsentiæ divinæ in flamma ignis.

21. Et cadat. Et cadat ex illis populus multus.

25, Et descendit Moses e monte ad populum, & dixit iis, Appropinquate & recipite decem verba.

CAP XX.

1. Et locutus est. Et locutum est Verbum Domini * omnium horum verborum gloriam dicendo.

* & omnia hæc verba gloriosa.

18. Et totus populus. Vidit autem populus universus voces & fulgura, & sonitum tuba, & montem fumantem. Cum autem vidit *hæc* populus, commoti sunt, & e longinquo steterunt.

24. Altare terræ infixum nomini meo facietis, & super id offertis holocausta vestra & victimas sacras vestras, oves vestras & boves. In omni loco ubi nominis mei sancti memores eritis, verbum meum vobis revelatum erit, vobisque benedicet.

25. Sin altare lapideum nomini meo facietis, non ædificabis excisis *lapidibus*; quia e ferro gladii fiunt, si in eo operatum est ferrum, illud polluit.

26. Et non. Et vos sacerdotes filii Aaronis qui statis & ministratis ad eminentias altaris mei non incedetis gradibus ad altare meum, ut nuditas tua super illud non retegatur.

Sectio legis decima octava, quæ incipit, cap. 21. v. 1.

20. Et si uxorem alteram illi superduxerit cibum ejus, ornamenta, vestitum, expensas, & proventum ejus ab ea non detinebit.

14. Et cum superbè venerit. Si præcogitaverit quis de vicino ejus, quomodo eum ex insidiis interficiat, licet fuerit Sacerdos maximus, qui stat & ministrat coram me, indè eum accipietis, & interficietis.

17. Et maledicens. Et qui contemnit.

18. Aut

18. Aut pugno. Aut pugno *ita ut* non moriatur, sed * in lecto cumbat ægrotus.

20. Vindicando vindicabitur. Ulciscendo vindicta ab eo sumetur.

* Vel, dejiciat cum ægrotum in lectum. nisi sit ישלך pro ישלך. dejiciatur, ut Buxt. in Lex. Chald. Tal. Rab. in שלך

CAP. XXII.

13. Si laceratum fuerit. Si occisione occidetur, adducet ei e † membris illius *in* testimonium, interfectum non restituet.

† Vel, ossibus.

16. Et si alliciat. Si pelliciat virginem quis non desponsatam, & cum ea concumbat, dote dotabit illam sibi in uxorem.

25. Si pecuniam mutuò dederitis populo meo, pauperibus, qui apud te sunt, non eritis ei creditores asperi, non imponetis illi æstimationes, neque multiplicationem.

CAP. XXIII.

2. Non eris. Populi mi filii Israelis non ambulabitis post multos ad * malefaciendum, sed ad benefaciendum, neque cohibebit se quis e vobis a demonstranda innocentia vicini sui in judicio, neque corde vestro loquemini juxta multos judicium pervertentes.

* למבאשא pro לאבאשא ם pro א & dialecto Hierosol. ut & in מיטבא pro איטבא in hoc. v. vid. Lev. 5. 4.

CAP. XXIV.

10. Et sub pedibus ejus. Subsellium pedum illius, quasi opus candidum sapphirorum, & sicut aspectus cæli, cum nubibus vacuum sit.

Sectio legis decima nona, quæ incipit cap. 25. v. 1.

11. Coronam auri circumcingentem. Coronam auri circumquaque ambientem.

25. Circumferentiam. Clausuram palmarem undique cingentem.

CAP. XXVI.

12. Et extenſio. Et redundantia.

15. Aſſeres. * Tabulas.

* Sic verbum hoc redditur. v. 27.

19. Stylobatas. Baſes argenteas.

27. Et veſtes quinque. Et veſtes quinque aſſerum ad latera tabernaculi. * In lateribus duobus. Extruſionibus. Occidentem verſus.

* Hæc nota priori præponitur in Bib. Bux. ſed rectius in Cod. Ven. Par. hic collocatur, ubi Occidentis fit mentio.

32. Et unci eorum. Et unci eorum ex auro.

CAP. XXVII.

3. Ollas ejus. Et facies ollas ejus ad cineres illius amovendos, & ſcopas ejus, & pelves & fuſcinulas, & thuribula ejus, omnia vaſa illius ærea facies.

4. Craticulam. Cribrum.

9. Vela. Aulæa.

Sectio legis vigeſima, quæ incipit cap. 27. v. 20.

CAP. XXVIII.

14. Terminatas. Catenas.

16. Palmus. Manus expanſa.

17. Et implebis. Et perficies eo complementum lapidum quatuor ordinum, lapidum *ſc.* † *protioſorum.* Ordo primus *erit.* Rubinus & Topha zius & carbunculus. Scriptum perſpicuè ſuper eos *erit* nomen tribuum trium, Reuben, Simeon, Levi.

† Bonorum Chald.;

18. Et ordo. Ordo autem ſecundus, Chalcedonius & Saphirus, oculus vitali. Super eos perſpicuè ſcriptum *erit* nomen trium tribuum, Jehudah, Iſſachar, & Zebulun.

19. Tertius. Et ordo tertius, Ligurius, & Beryllus & Smaragdus Scriptum ſuper eos manifeſtò *erit* nomen tribuum trium, Dan, Naphthali, & Gad.

* Chald. fuligo maris.

20. Quartus. Et ordo quartus, * Amethyſtus, Bdellius, Margarita. Scriptum ſuper eos perſpicuè *erit* nomen tribuum

buum trium, Aſher, Joſeph & Benjamin. Inſculpti erant auro in complemento eorum.

32. Et erit. Et erit os capitis ejus in medio, ora erit circundans os illius undique, opus textoris, ſicut os ollæ ei erit ut ne laceretur.

42. Femoralia. Subligacula byſſina.

CAP. XXIX.

17. In fruſta divides. Et arietem in partes ejus divides, & * inteſtina ejus lavabis, & pedes illius, & partibus illius, capitique impones.

26. Thoracem. Pectus.

Sectio legis vigeſima prima, quæ incipit cap. 30. v. 11.

CAP. XXX.

11. Accipies. Cum receperis ſummam computationum numerorum filiorum Iſraelis.

23. Et tu accipe tibi unguenta principalia præſtantiſſima Myrrham ſelectam, pondus quingentorum ſiclorum.

34. Guttam. Opobalſamum, & ſpicam Myrrhæ, & galbanum.

35. Mixtum. Temperatum.

CAP. XXXI.

2. Vide. Aſpice Moſes, ecce educavi, & nomine eleganti vocavi Bezalielem.

CAP. XXXII.

5. Cum vidit. † Cum vidit Aharon Urem occiſum coram illo, timuit, & ædificavit altare coram eo, & proclamavit Aharon et feſtum indixit.

6. Et ſurrexerunt. Et ſurrexerunt ſibi ludentes cultu peregrino.

17. In

* Chald. filios inteſtinorum ejus.

† Qaia dictum eſt, Et vidit Aron, Quid vidit Ait Rab. Benjamin filius Japher, ait R. Eleazar vidit Hur mactatum coram ſe. Tum cogitavit, ſi non obedierо illis eodem modo mecum agent atque ita implebitur in me iſtud Thren. 2. 20. An in Sanctuario, &c. Atque ita non eveniret illis reparatio in æternum. Melius eſt ut adorent vitulum forte culpa hæc corrigetur per pœnitentiam Tal. Babyl. Maſſec. Sanhedr. Gen. cap. 1.

17. Inclamando. Male facientes.

18. Vocem canendi. Vocem laudantium cultu peregrino.

25. Et vidit Moſes populum, quòd nudati fuerint, nudati enim ornamentis aureis fuere, quæ in capitibus fuerant, quibus inſculptum fuit nomen * explanatum e monte Horeb.

* Dei ſc.

CAP. XXXIII.

11. Et miniſter ejus. Et ſervus ejus Jehoſhua filius Nun adoleſcens parvus non † exivit e medio tabernaculi.

† Chald. ceſſavit.

19. Et dixit, Ego. Et dixit, Ecce ego tranſire faciam omnem perfectionem bonitatis meæ coram te, & proclamabo nomen optimum, Jehovam coram te, & parcam cui mihi viſum eſt parcere, & miſerebor cujus mihi viſum eſt miſereri.

22. Et tegam Impoſita manu mea.

23. Et amovebo. Et tranſire faciam turmas Angelorum qui ſtant & miniſtrant coram me, & oſtendam *adytum, quia gloriam divinæ præſentiæ meæ impoſſibile eſt ut tu videas.

* Vel, oraculi locum.

CAP. XXXIV.

6. Et tranſivit. Et tranſivit gloria præſentiæ majeſtaticæ Domini coram eo, & oravit Moſes & dixit, Domine Deus miſericors & gratioſe, ad iram † tarde, & ad miſericordias * prone, & multiplicans facere miſericordiam & veritatem.

† Chald. longe.
* Chald. propinque.

7. Cuſtodiens. Cuſtodiens bonitatem uſque ad mille generationes, abſolvens & remittens † peccata & iniquitates, neque purgando purgabit Dominus tranſgreſſores in die judicii magni, & recordari faciens tranſgreſſiones patrum impiorum ſuper filios rebellens uſque ad tertiam & quartam generationem.

† Chald. debita.

8. Et feſtinavit. Et properavit Moſes & incurvavit ſe ad terram, & confeſſus eſt, & laudavit.

16. Et ſcortari faciant. Et errare faciant.

19. Omnis apertio. Omnes primò dividentes matricem, nomini meo ſegregabitis, omnes inter vos aperientes matricem primò mares ſc. bovum & ovium.

20. Neque

20. Neque videbitur. Popule mi domus Israel, non licet vobis videre faciem Dei vestri * mandato omni vacuis.

21. In aratione. In arandi tempore.

25. Non offeretis cum fermento sanguinem sacrificii paschalis. non pernoctabit *quid* de carne quam offertis in noctibus dierum † festivorum priorum Paschalium a vespera usque ad manè.

26. Principium. Intium primitiarum proventus vestri ad domum sanctam Domini Dei vestri afferetis. Popule mi domus Israelis, non licet vobis neque coquere, neque edere carnem & lac simul commista.

29. Quòd splenduit. Quòd laudarent splendorem faciei ejus.

33. Velum. Sudarium.

Sectio legis vigesima secunda, quæ incipit cap. 35. v. 1.

* Fortè, donoj nam elee mosyna vocatur מצות in lingua Hierosol.

† Chald. bonorum.

CAP. XXXV.

3. Non accendetis ignem in ullo loco habitationum vestrarum in die Sabbati.

11. Tabernaculum & tentorium illius, & tegumenta ejus, & ansulas illius, & asseres ejus, & vectes illius, & columnas ejus, & bases illius.

33. Et in sculpendis. * Et in sculpendis lapidibus pretiosis impletionis, & in artificio ligni ad faciendum in omni opere artis.

* Chald. Et in sculptura lapidum bonorum.

CAP. XXXVI.

3. Oblationem spontaneam. Donum voluntarium.

11. Juncturæ. In adhæsione.

12. Ligaturæ. E terminis.

27. Et e lateribus. e declivitatibus.

28. In utroque latere. In redundantiis.

29. Et fuerunt. Et fuerunt geminati.

30. Et fecit. Et fecit vectes medios † in longitudinem inter asseres.

† Vel, ad prominendum.

CAP. XXXVII.

12 Circumferentiam. Clauſuram palmarem undique circumcingentem, & fecit coronam auream quæ clauſuram undique cingeret.

CAP. XXXVIII.

8. Et fecit. Et fecit labrum æneum, & baſin ejus æneam e ſpeculis mulierum verecundarum, *quæ depoſita fuere in porta tabernaculi conventus.

Sectio legis vigeſima tertia, quæ incipit cap. 38. v. 21.

e Quæ modeſtæ fuere. i. ad precandum venerunt. Onkel. & Ion.

CAP. XXXIX.

9. Palmarem longitudinem ejus,& palmarem latitudinem ejus, * duplam.

* Vel, duplicatam.

CAP. XL.

23. Et ordine diſpoſuit. Et ordine diſpoſuit ſuper eam panem, ordine facierum coram Domino.

38. Quoniam nubes. Quòd nubes gloriæ præſentiæ majeſtaticæ Domini obtegebat tabernaculum in die, & ignis lucebat ſuper illud tota nocte, viderunt tota † familia Iſraelis in omnibus profectionibus eorum.

† Chald. domus.

LEVIT. I.

Sectio legis vigesima quarta, quæ incipit Levit. 1. Cap. v. 1.

CAP. I.

1. ET vocavit. Accidit autem postquam finem fecerat Moses erigendi tabernaculum, & extulerat illud, & sanctificaverat cum omnibus vasis illius, ut cogitaret Moses in corde suo, & diceret, Mons Sinæ cujus exaltatio ad horam usque duravit, & sanctificatio horæ unius fuit, in medium illius non ascendi usque dum a Domino jussus fuerim. Proinde tabernaculum conventus, cujus exaltatio perpetua est, & sanctificatio duratura in seculum, justum est ut non intremus in medium illius, usque dum * præceptum mihi sit e præsentia Domini. Clamavit igitur Verbum Domini ad Mosen (omne enim Verbum Domini fuit cum eo e tabernaculo conventus) dicendo. * Chald. dictum.

6. Et excoriabit. Et pellem holocausti detrahet, illudque in partes suas dividet.

9. Lavabit. Abluet.

15. Et afferent. Et offeret illud sacerdos super altare & discerpet caput ejus unguibus & super altare disponet, & exprimet sanguinem ejus super † lateribus altaris † Vel, declivitatibus.

16. Et removebit. Et transire faciet ingluviem ejus cum sordibus, & projiciet eam *in locum* conjunctum altari ex Oriente in locum domus effusionis cineris.

17. Et diffindet. Et findet eam cum alis ejus, non separabit, & ordine disponet eam sacerdos super altare super ligna, quæ super ignem sunt.

CAP. II.

4. Et lagana. Et placentas infermentatas.

6. Separabis. Et in frusta divides illud, & oleum eidem infundes.

11. Quia omne. Quia omne fermentatum, & omne dulce.

CAP. III.

9. Adipem illius. Pinguedinem ejus, & pectus integrum ex opposito spinæ dorsi amovebit, & pinguedinem quæ ventrem ejus tegit.

CAP. IV.

6. Et tinget. Et intinget sacerdos digitum ejus in sanguine, & septies asperget.

CAP. V.

a Vid. in Exod. 23. 2.

4. Ad malefaciendum. * Malefacere aut benefacere.

22. Aut oppressit. Aut socium suum defraudavit.

Sectio legis vigesima quinta, quæ incipit cap. 6. v. 1. juxta text. Hebr. at cap. 6. v. 8. juxta nostram translationem.

CAP. VI.

3. Et subligacula. Femoralia.

14. Pistam. Fervidam introduces eam, fractam, oblationem fragmentorum offeretis odorem benevolentiæ nomini Domini.

CAP. VII.

2. Gratiarum actionem. In gaudii indicium.

8. Abomi-

8. Abominatio, Profana erit.

20. Manus ejus. Manus illius introducent oblationem Domini. adipem quæ ſuper pectus eſt, dabit eam, & pectus ad agitandum id * agitatione ejus coram Domino.

21. Pectus. Thorax.

Sectio legis vigeſima ſexta, quæ incipit cap. 9. v. 1.

* Vel, faciem illius ſc. vel per tranſpoſitionem forte, coram facie Domini

CAP. IX.

24. Et ceciderunt. Et demiſerunt ſe in oratione ſuper facies ſuas.

CAP. X.

1. Ignem peregrinum. Ignem extraneum.

19 Ecce hodiè. Obtulerunt hoſtias eorum pro peccatis & holocauſta eorum coram Domino, & edoctus fui peccatum grave eſſe circa † decimas ſecundas, Neque licitum eſſe lugenti ex illis edere. Ego autem cui hoc die luctus gravis accidit, quoniam mortui ſunt duo filii mei Nadab & Abihu, & ego eorum cauſâ lugeo, ecce ſi comediſſem hoſtiam pro peccatis hodiè, num poſſibile eſt ut pulchrum & rectum eſſet coram Domino.

† Sc. quas ſacerdos cum populo edere debuiſſet vid. Shindl. Pentagl. voce מעשר.

20 Et audivit. Poſtquam audivit Moſes, reſponſio elegans viſa eſt coram eo & emiſit præconem in omnes manſiones Iſraelitarum qui diceret, Ego ſum ille a quo abſcondita fuit conſuetudò, & Aharon frater meus docuit me illam; Et quia ſeipſum humiliavit Moſes, recepit mercedem magnam. Sic audivit Moſes, & res elegans fuit coram eo.

* Bibl. venet. parvâ hanc notam apponunt. v 42. ut ſit expoſitio eorum verborum, omne quod ſuper ventrem graditur. Et ſenſus hoc requirit.

CAP. XI.

27. Super marculos ſuos. * Quod ſerpit ſuper viſcera ſua inter omnes beſtias.

35. Furnus. Clibani & lecythi effringentur.

* Hanc lectionem in duas dividunt. Bib. Plant.

* Sectio legis vigesima septima, quæ incipit cap 12. v. 1.

CAP. XIII.

2. Tumor aut pustula. Tumor, aut scabies, aut pustulæ lucidæ.

CAP XIV.

42. Et oblinet. Et incrustabunt domum.
56. Et tumoris. Et tumoris, & scabiei, & pustulæ albæ.

Sectio legis vigesima octava, quæ incipit cap. 16. v. 1.

CAP. XVI.

1. Duorum filiorum Aharonis. Duorum filiorum Aharonis, cum obtulere ignem extraneum.
27. Et fimum eorum. Et excrementa eorum.
31. Et affligetis. Et jejunabitis in ea propter animas vestras.

CAP. XVII.

16. Et carnem ejus. Et si non sit albus, & carnem ejus non abluerit, peccatum suum feret.

CAP. XVIII.

21. Ut non prophanes. Ut non polluatis nomen Dei vestri, sicut dixit Dominus.
28. Ut non evomat. Ut non expuat vos terra.

Sectio legis vigesima nona, quæ incipit cap. 19. v. 1.

CAP.

CAP. XIX.

9. Et cum metitis. Et cum messem terræ vestræ demetitis non excindetis totam, neque quicquid in extremitatibus agrorum vestrorum provenit, neque collectionem messis vestræ colligetis.

10. Et vineam tuam. Et vinearum vestrarum racemos non excutietis, & * particularitatem vinearum vestrarum non recolligetis.

16. Non circumibis. Populo mi domus Israelis, non eritis † post * calumniatores contra socios vestros, neque celabis sanguinem socii tui, quo tempore tu veritatem nosti, in judicio, sicut dixit Dominus.

20. Flagellatio. Rebellarunt illi, debitores sunt.

35. Aut in mensura. Aut in bilancibus.

* Nempe postquam semel vindemiaveritis.

† ambulantes sc. ut in Jon. vel, non sequemini, ut c. 22. 27.

* Chald. linguam vertiam, vid. not. in Gen. 49 23.

CAP. XX.

12. Sanguis eorum super illos. Sanguis illorum super capita eorum.

Sectio legis trigesima, quæ incipit cap. 21. v. 1.

CAP. XXI.

6. Et non prophanabunt. Et non polluent.

7. Uxorem. Mulierem meretricem aut pollutam.

20. Aut gibbosus. Aut cujus supercilia tegunt oculos, aut cui non sunt pili in superciliis suis, aut proceræ staturæ homo, aut nanus, aut cui suffusio est in oculis, aut qui scabie plenus est, aut qui impetiginibus repletus est, aut cui testiculus deest.

CAP. XXII.

27. Bos. Quo tempore memores erimus ordinum oblationum nostrarum, quas offerre solemus singulis annis, *cum* fuere

fuere oblationes noſtræ reconciliatoriæ propter peccata noſtra, & cum occaſionem dederint peccata neque adſit nobis quod offeramus de gregibus ovium noſtrarum, bos ſeligatur coram me in memoriam * ſenis ex oriente; azymum ejus totum obtulit nomini tuo, & vitulum. Cucurrit enim ad ſtabulum ſuum, & vitulum tenerum & † bonum accepit, & dedit illum juveni. Et feſtinavit juvenis ad parandum illum, & azyma coxit ut angeli comederent. Sic purus pronunciatus fuit, ita ut ei annunciaretur, Ecce Sara Iſaacum pariet. Secundo agnus eligatur, in memoriam ut revocetur puritas * ejus principis qui ſeipſum ligavit ſuper altare, & collum ſuum extendit propter nomen tuum. Cæli diſtillabant, & deſcendebant, & vidit Iſaacus fundamenta eorum, & caligabant oculi ejus ob altitudines. Idcirco purus pronunciatus fuit, & præparatus fuit illi agnus ibi, *qui* vice ejus offerretur. Et rurſus puritas tertia ſit hædus capri filius, ad recordandam juſtitiam perfecti illius, qui veſtitus pellibus caprinis pulmenta fecit, & patri de pulmentis ſuis adduxit, & vinum illi bibendum dedit, & innocens declaratus fuit, ut acciperet ordinem benedictionis ab Iſaaco patre ejus, & ut duodecim tribus ſanctos nomini tuo excitaret. En idcirco expoſuit Moſes propheta Domini, & dixit, populo mi domus Iſraelis, cum natus fuerit bos aut agnus, aut hædus, ſeptem dies matrem ſuam ſequetur & a die octavo & ultra licitum erit, ut in oblationem is offeratur nomini Domini.

* Abrahami. vid. Gen. 18. 6, 7.

† i. pinguem.

* i. Iſaaci. vid. Gen. 22.

CAP. XXIII.

29. Omnis enim anima † quæ idonea eſt ut jejunet, & non jejunat in die jejunii reconciliationum ejus.

† Chald. quæ ſecundum ſufficientiam ad jejunandum.

32. A veſpera ad veſperam. A veſpera ad veſperam jejunabitis in jejuniis veſtris, & ceſſabitis in ſabbatis veſtris, & facietis tempora feſtorum veſtrorum * læta.

* Chald. in gaudio.

40. Fructum arborum. poma citrea, & frondes palmarum.

CAP.

CAP. XXIV.

11. Et execravit. Et exprobravit filius mulieris Iſraelitæ nomen * admirabile & contemptui expoſuit.

12. Et poſuerunt illum in cuſtodia. Hæc eſt una e quatuor cauſis judicialibus, quæ coram Moſe Doctore noſtro venerunt. Quarum in duabus tardus fuit Moſes, at in duabus alteris feſtinus. In exprobratoris *cauſa* qui nomen ſanctum blaſphemiis prophanavit, & illius qui ſtipulas collegit, & ſabbatũ profanavit e ſuperbia, tardus fuit Moſes, quia judicia eorũ judicia † capitalia fuere. At in *cauſa* pollutorum, qui Paſcha in tempore ſuo celebrare non poterant, & * quod ad filias Zelophehadi *attinet*, properavit Moſes, quia judicia eorum judicia pecuniaria fuere. Et in prioribus dicit, Non audivi, ut doceret judices poſt Moſen orituros tardos eſſe in judiciis capitalibus, & celeres in judiciis pecuniariis, ut non erubeſcerent dicere, Non audivimus, etiam Moſes Magiſter noſter dicit, Non audivi. Et in cuſtodia eum detinuere, uſque dum explicaretur iis e præſentia Domini, Juxta hæc judicia illi fiet.

20. Fractura. Fractura pro fractura, oculus pro oculo, & dens pro dente. Sicut labem homini impoſuit, ſic ei imponetur.

* Vel, explicatum illud. Vel, ſeparatum. i. tetragrammaton, Deo proprium.

† Chald. animarum ſuarum.

* Suſpicor legi debere בדין pro בגין in cauſa.

Sectio legis trigeſima prima, quæ incipit cap. 25. v. 1.

CAP. XXV.

34. Et ager. Et ager ſuburbiorum urbium eorum non venderetur, quia hæreditas *eſt*.

37. Argentum tuum. Argentum tuum non dabis illi in uſuras, nec cibum tuum illi in fœnora dabis.

CAP. XXVI.

1. Et lapidem. Et † lapidem erroris.

† i. idolum.

Sectio legis trigesima secunda, quæ incipit cap. 26. v. 3.

29. Et comedetis. O quàm prava fuere illa peccata, & quàm amara delicta, quæ coegere patres nostros Hierosolymis carnem filiorum suorum, & filiarum comedere!

42. Et recordabor. Et in misericordia memor ero fœderis quod cum Jacobo Bethele pepigi, & fœderis quod cum Isaaco in monte Moriæ pepigi, & fœderis quod cum Abrahamo * inter partes dissectas pepigi, in misericordia memor ero, & in benignitate terram Israelis recordabor.

* Vid. Gen. 15. 10. &c.

43. Et terra. Et terra ab iis derelicta erit & placidè fruetur sabbatis intermissionis suæ omnibus diebus quibus vastata † iis absentibus remanserit, & ipsi peccata sua * abstergent mensurâ pro mensurâ, & ordinibus pro ordinibus: ordinem *enim* judiciorum meorum contempsere.

† Chald. ab iis, vel sine iis.

* Vel, perficient.

44. Atque etiam. Et præter hæc cum habitaveritis in terra hostium vestrorum, non spernam eos in regno Babelis, neque longe abjiciam illos in regno Mediæ, neque vastabo eos in regno Græciæ, ut excuterem fœdus meum cum iis in † regno Idumææ, *sum* enim Deus ille vester, in diebus Gog.

† i. in imperio Romano, quos semper Idumæos vocant.

CAP. XXVII.

10. Neque mutabit. Neque permutabit eam, bonam pro mala, aut malam pro bona, aut si bestiam pro bestia commutando commutaverit, erit & illa & * mutatio illius sancta.

* i. bestia pro qua mutatur.

11. Et si. At si bestiam ullam pollutam, † ex qua offerre non debent *homines* oblationem nomini Domini.

† i. ex quo genere.

12. Et æstimabit. Et ordinabit eam sacerdos sive bona sit, sive mala, juxta æstimationem sacerdotis ita erit.

13. Tunc addet quintam partem illius. Tunc adjiciet partem quintam pretii ejus super æstimationem.

14. Et vir. * Sanctam nomini Domini, tunc ordinabit Sacerdos. Quemadmodum eam ordinavit.

* i. consecratam.

15. Et si ille qui sanctificavit. Quintam *partem* argenti æstimationis illius de ea, & illius erit.

16. Et si ex agris. Et si ex agris hæreditatis separabit homo

mo nomini Domini, juxta ſemen illius erit æſtimatio ejus. Semen chori hordeorum.

17. Et ſi ab anno Jubilæo ſeparabit agrum ſuum, juxta æſtimationem illius ſtabit.

19. At ſi redimendo redimet agrum * illum quem ſanctificavit, addet quinque ſiclos argenteos æſtimationi ejus ſuper eam, & erit illius. * Vel, ille qui eum ſanctificavit.

21. Sanctus nomini Domini, ſicut ager † ſeparationis. † i. conſecratus.

22. Et agrum * emptionis ſuæ ſanctificaverit nomini Domini. * i. quem ipſe emerit.

23. Et computabit illi Sacerdos ſeparationem. i. æſtimationem illius uſque ad annum Jubilæum, & dabit ſeparationem. i. æſtimationem illius eodem die, ſanctam Domini nomini.

24. In anno Jubilæo redibit ager ad eum a quo * emerat illum, ad illum cujus eſt hæreditas terræ. * ſc. qui conſecravit.

25. Et omnis æſtimatio ejus erit juxta ſiclos † ſanctitatis. † i. ſanctuarii.

26. Tantùm. Tantummodo primogenitum, quod ſeparabit coram Domino inter bruta ſive bos ſit, ſive agnus, nominis Domini eſt.

27 At ſi. At ſi e brutis pollutis *ſit*, tum redimet juxta æſtimationem ejus, quinquaginta nummos addetque ei: at ſi non redimatur, juxta æſtimationem illius, vendatur.

28. Sed omne devotum. At omne ſeparatum quod nomini Domini ſeparaverit vir ex omnibus quæ illius ſunt e filiis hominum aut brutorum, Omne ſeparatum ſanctum ſanctorum eſt nomini Domini,

29. Omne devotum. Omne ſeparatum, quod ſeparabitur ab hominibus non erit redemptum, internecione interficietur.

30. Domini eſt. Nominis Domini eſt, ſanctum nomini Domini.

31. Et ſi redimendo redimet quis de decimis ſuis. Quintam *partem*. Quintam partem pretii addet ei.

32. Et omne decimum boum, aut ovium, omne quod tranſit ſub virga, † decimum ſanctum erit nomini Domini. † Vel, decimũ.

33. Non inquiret. Non ſcrutabitur bonumne ſit an malum, neque mutabit illud: quod ſi omninò mutaverit illud, erit & illud, & mutatio ejus ſancta, neque redimetur.

34. Hæc *ſunt* præcepta.

NVMER. I.

Sectio legis trigeſima tertia, quæ incipit, Num. 1. v. 1.

CAP. I.

21. Umerati eorum. Numeri eorum.

CAP. IV.

7. Scutellas. Pateras.

12. Super vectem. Super perticam.

* Hæc nota priori præponi debet in text. Chald. & hic.

9. * Forcipes ejus. Emunctoria.

13. Et cineres auferent. Et altaris cineres amovebunt.

20. Ut non veniant. Ut non intrent Levitæ ad inſpiciendum, quando Sacerdotes eo tegunt vaſa domus ſanctæ, ut non moriantur.

Sectio legis trigeſima quarta, quæ incipit cap. 4. v. 21.

CAP V.

† Chald. probatis probationis. Vel, ryinæ.

19. Pura eſto. Immunis eſto ab aquis his † ad probationem exactam deſtinatis.

22. Amen. Fit dicet mulier Amen, quia non fui polluta. Amen, ſi poſthàc polluta fuero.

CAP.

CAP. VI.

3. De vino. A vino novo aut vetere ſeparabitur. Acetum vini novi aut veteris non bibet, neque [a] ullum liquorem uvarum bibet.

[a] Vel lotionem.

CAP. VII.

3. Sex. Sex plauſtra jugata.

13. Et oblatio ejus. Et oblatio illius quam obtulit, phiala argentea una centum & triginta ſiclorum juxta ſiclos domus ſanctæ fuit pondus *illius*, crater unus argenteus, pondus ſeptuaginta ſiclorum *fuit* juxta ſiclos domus ſanctæ. Duo hæc vaſa obtulit plena ſimilæ phialam & craterem cum oleo ad oblationem.

14. Acerra. Thuribulum unum *cujus* pondus *erat* * decem ſiclorum, quod fuit ex auro. Obtulit illud plenum præcipuis aromatibus bonis & pinguibus, & puris ad ſuffitum aromatum.

* עשרא decem, deeſt in Bib. Bux. vid. Ven. parva.

15. Juvencus. Bos unus, juvencus ſc. trium annorum, aries unus duorum *annorum*, agnus unus [a] anni unius in holocauſtum. *Hæc* obtulit princeps tribus ſuprà memoratus.

[a] Chald. anni ejus.

16. Hircus. Caprum e capris unum obtulit princeps tribus in peccati hoſtiam.

17. Et in ſacrificium. Et in victimam [a] ſanctam obtulit boves duos, arietes quinque, hircos quinque, & agnos anniculos quinque. Hæc *eſt* oblatio quam ordinavit & obtulit e facultatibus ſuis princeps tribus filiorum Jehudæ Nachſhon filius Amminadabi.

[a] Chald. ſanctitatum.

Sectio legis trigeſima quarta, quæ incipit, cap. 8. v. 1.

CAP. IX.

8. Et dixit illis. Cauſa una e quatuor judicialibus quæ ve-

nerunt coram Moſe. In duabus illarum feſtinavit Moſes, & in duabus tardus fuit. *Quod* ad impuros *attinet* qui paſcha in tempore ſuo celebrare non poterant, & ad filias Zelophehadi feſtinavit Moſes, quia ſententia pecuniaria fuit judicium illorum. *Quod* verò ad exprobratorem, qui nomen ſanctum exprobravit *attinet* & eum qui ſtipulas collegit, quique ſabbatum prophanavit e ſuperbia, tardus fuit Moſes, quia ſententiæ eorum capitales fuere. † Et in his dixit, Non audivi, ut doceret judices qui Moſi ſucceſſuri eſſent, ut feſtinarent in cauſis pecuniariis, & eſſent tardi in cauſis capitalibus. Ut non erubeſcant dicere, Non audivi. Moſes etiam Magiſter noſter dixit, Non audivi. Et dixit illis, ſurgite, & audite, quid præceperit vobis verbum Domini.

† Bux. Bib. Et in his, & in illis, ſed non rectè vid. Bib. ven. parva & in Lev. 24 12. in Bib. Bux.

CAP. X.

35. Et fuit cum profectura eſſet. Et fuit cum arca elevata fuit, ut Moſes erigeret manus illius in oratione, & diceret, ſurge nunc verbum Domini in robore potentiæ tuæ & diſpergantur hoſtes populi tui, & fugiant oſores tui coram te.

36. Et cum quieſceret illa. Et cum arca conſiſteret, erexit Moſes manus ſuas in oratione, & dixit, Revertere nunc verbum Domini a vehementia iræ tuæ, & redi ad nos in miſericordia tua bona, & benedic myriadibus & multiplica millia Iſraelitarum.

CAP. XI.

5. Recordamur. Memores ſumus nos piſcium quos in Ægypto comedimus gratis, cucumerum, & melopeponum, & porrorum, & cœparum & alliorum.

8. Itabant. Errabant populus & colligebant & molis molebant, aut tundebant in mortariis, & coquebant illud in lebetibus, & fecere ex eo placentas. Fuit autem guſtus illius ſicut ſapor decoctorum cum melle.

12. Num ego? An ego concepi omnem populum hunc, aut genui eos, quod diceres mihi, Porta eos in ſinu tuo ſicut portat nutritius

nutritius infantem, ad terram quam promisisti patribus eorum?

15. Neque videam. Ut non aspiciam malum populi tui.

26. Et relicti sunt. Et relicti sunt duo viri in castris. Nomen unius illorum fuit Eldad, & secundi nomen Medad. Et requievit super eos spiritus sanctus. Prophetavit Eldad & dixit, Ecce Moses Propheta Scriba Israelitarum e mundo recollectus erit; Et Jehoshua filius Nun discipulus illius minister exercitus post eum *erit*. Medad prophetavit & dixit, Ecce coturnices ascendunt e mari, & scandalum erunt Israelitis. Ambo autem illi simul prophetavere & dixere, In fine extremo dierum Gog & Magog & exercitus eorum Hierosolymam ascendent, & manibus Regis Messiæ illi cadent. Septem autem annis dierum "persequentur *eos* filii Israelis armis suis, in silvam non ibunt, neque arborem amputabunt. Hi autem fuere e septuaginta sapientibus, neq; exiere septuaginta sapientes e tabernaculo dum Eldad & Medad in castris prophetarent.

" Vel persequentur filios Israelis.

38. Acervos. Decem choros.

CAP. XII.

1. Et locuta est. Et locuti sunt Miriam & Aaron in Mosen in negotio mulieris Æthiopicæ quam acceperat. Ecce autem uxor Mosis Zipporah non fuit mulier Æthiopica. Sed sicut Æthiops quis carnem distinctam habet ab omnibus creaturis, sic fuit Zipporah uxor Mosis pulcra aspectu, & visu elegans, & operibus bonis distincta ab omnibus fœminis generationis illius.

7. Non sic. Non est sicut servus meus Moses in omnibus comitatibus. Princeps † omnium comitatuum meorum fidelis *est* ille.

† Buxtorf. junior in lex Chald suspicatur legi לכולהון pro לכולחון omnium eorũ vel eorum qui vestimenta splendida gerunt.

11. Stultè egimus. Quia erravimus nos.

12. Ne quæso. Quæso ne sit Miriam soror nostra leprosa, polluta, in tentorio suo sicut mortua. Nam sicut infans aliquis qui fuit in viscera matris suæ novem menses † in aqua & igne, neque † *nilli* nocuit, cum autem terminus ipsius venit ut exiret e viscera matris suæ, dimidium carnis ejus absumptum

i, principum vel nobilium videtur a græca χλιδῶνες Brachialia vel monilia Judith. 10 4. originem ducere. Exstat & Eccles. fistic. 21. 2.

† i, in humore & calore.

† Vel damnum accepit.

† i. Credunè Judæi fontem secutum eos fuisse per eremum: Vid Jonath. Et Sol. Jar. in Num. 20.2. & Targ. Jerush. & Jon. in Num. 21.7. 19,20. Vidi & codicem manuscriptum Gregorii cujusdam Syri, qui citat, 1 Cor. 10,4. & infert. ודעמחון מכרכין הוו לח לכאפא פולום על חנת משור שתין הוו לם מן כאפא דרוחא אידא דמחת ותוא הות צמחון: Greg. Syrus in Exod. 17. Quod secum portavere rupem Paulus hoc modo probat, Bibebant e rupe spirituali ea quæ adducta fuit cũ iis. Liber hic Mſs. D. Jacobi Usserii Primatis Hibernia fuit.

tum est, sic fuit Miriam soror nostra † consternata nobiscum in desertis, & fuit nobiscum in angustia, & cum venit terminus eundi in terram Israelis quare a nobis cohiberetur illa? Ora ergo pro carne mortua ut vivat, neque pereat puritas illius.

13. Deus quæso. O Deus qui sanas omnem carnem, sana illam.

CAP. XIII.

1. Et posteà. Quamvis peccavit Miriam prophetissa, ita ut leprâ percussa fuerit, est inter nos *tamen* doctrina multa in præceptis, & e custodientibus mandata quisquis præceptum minimum observaverit, mercedem magnam recipiet. Et quando stetit Miriam prophetissa super ripam fluminis ad exiguum temporis spatium ut observaret quid de Mose tandem fieret, fuere filii Israelis sexaginta myriades quæ sunt numerus octo legionum. Nubes autem honoris & † fons non moverunt, neque ascenderunt a locis suis usque ad tempus quo sanata fuit Miriam prophetissa a lepra sua. At postquam sanata fuit Miriam prophetissa a lepra sua, posteà ascendit populus ab Hazerotha, & manebant in deserto Paranis.

Sectio legis trigesima sexta, quæ incipit cap. 13. v. 2.

20. Et qualis. Et qualis sit terra. An fructus pingues sint aut arbores?

24. Et venerunt. Et venerunt ad vallem botri, & palmitem indè excidere, in quo fuit botrus uvarum unus, & portabant eum in pertica inter duos homines, & similitèr e malogranatis & ficubus.

31. Et compescuit. Et silere fecit.

CAP XIV.

4. Faciamus. Constituamus super nos regem, & in Ægyptum redeamus.

18. Domi-

18. Dominus amplæ miſericordiæ, & remotus ab ira, & propinquus ad commiſerationem & multiplicitèr exercens benignitatem & veritatem, qui nullo modo innocentes pronuntiabit peccatores in die Judicii, qui in memoriam revocat peccata patrum impiorum ſuper filios rebelles.

20. Et dixit verbum Domini, Ecce dimiſi, & condonavi propter verbum tuum.

30. Suſtuli. Quia elevavi manum meam jurando.

44. Et contenderunt. Et feſtinaverunt.

CAP. XV.

21. E primitiis. E primitiis Panariorum veſtrorum dabitis nomini Domini *partem* ſeparatam.

31. Quia verbum Domini contempſit, & præcepta ejus nihili fecit, exterminando exterminabitur anima illa, peccatum ejus feret.

32. Conquirentem. Colligentem ligna.

34. Et poſuerunt. Cauſa una e quatuor judicialibus. Res tota ſcripta eſt ſuperiùs in hiſtoriam † blaſphematoris, & polluti e *contactu* mortui, Et poſuerunt illum in cuſtodia uſque dum explicatum eſſet illis a coram domino, Juxta hæc judicia ei fiat.

† Vid. not. in Levit. cap. 24. v. 12. & in Num. cap. 9. v. 8.

38. Periculamentum. Ut faciant ſibi periculamenta ſuper oris palliorum ſuorum in generationes ſuas, & ſuper periculamentis palliorum ſuorum filum contortum hyacynthinum ponant.

Sectio legis trigeſima ſeptima quæ incipit, cap. 16. v. 1.

CAP. XVI.

1. Corah. Et cepit concilium Corah, & diviſionem fecit.

15. Et iratus fuit. Et diſplicuit Moſi valdè, " & dixit coram Domino, Donum illorum ne reſpicias, non recepi aſinum alicujus inter illos, neque alicui eorum malefeci.

" Et dixit ſc. Moſes, cui & Deus reſpondet, v. prox.

22. Et ceciderunt, Et incurvabant ſe ſuper facies ſuas,

& dixerunt ; O Deus qui dominaris in ſpiritum omnis carnis, homo unus peccavit, eritne ergo ira in totum populum ?

28. Quod non. Quod non e corde meo hæc finxi. Si morte qua moriantur homines, moriantur iſti, & juxta recenſionem omnium hominum de illis recenſeatur, Dominus me non miſit.

CAP. XVII.

3. Et ſint ſigno. Judicio.

10 Recedite. Separate vos e medio populi congregationis iſtius, ut vaſtem eos tempore modico. Et incurvarunt ſe precantes ſuper facies ſuas.

23. Et evenit poſtridiè, ut Moſes tabernaculum teſtimonii ingrederetur, & ecce Aaronis virga floruit pro familia Levi, & flores produxit, & germen emiſit, & produxit amigdala matura * qualia amigdali proferre ſolent.

26. Et dixerunt. Et locuti ſunt Iſraelitæ dicendo Ecce † conſumpti & perditi ſumus nos omnes, * vaſtati ſumus. Sunt e nobis qui peſte mortui ſunt, ſunt è nobis quos terra aperiens os ſuum devoravit.

* Chald filios amigdalorum.

† Forte בדנן pro אבדנן vid. c. 21 v. 30.

* אשתעינן Participio, cum Aleph, & præterito cum Mem contra Gram. regulas uruntur Zohar & Talmudiſta.

CAP. XVIII.

2. Quemvis Adipem omnem olei. Omnis boni tritici, & omnis boni vini & olei primitias.

Sectio legis trigeſima octava, quæ incipit cap. 19. v. 1.

CAP. XIX.

6. Et projecit. Et ejecit in medium cinerum combuſtionis bovis.

15. Et omne vas. Et omne vas teſtaceum apertum, cui non eſt operculum teſtaceum impoſitum, impurum erit.

CAP.

CAP. XX.

11. Et ſuſtulit. Et elevavit Moſes.

17. Tranſeamus. Tranſeamus nunc per terram tuam, nihil "per vim eripiemus, neque virgines pelliciemus, neque hominum uxores ""requiremus; viâ Regia ibimus, neque ad dextram neque ad ſiniſtram declinabimus, dum fines tuos tranſierimus.

" Forte אנוסן pro אורסן ut Jonath. Non inferemus vim deſponſatis. Et hoc cum cæteris concordat.

21. Et declinavit. Et divertebant Iſraelitæ ab iis, quiâ juſſi fuere a patre eorum cæleſti ut contra illos aciem belli non diſponerent.

26. Et Exue. Et Exues Aaronem.

CAP. XXI.

1. Et viderunt. Et totus populus congregationis vidit Moſen deſcendentem e vertice montis veſtimentis ſuis lacceratis, & cinere capiti ejus impoſito, & flevit, & dixit, væ mihi propter te O Aaron frater mi, columnam orationum filiorum Iſraelis, qui ſemel quotannis propitiationem pro illis feciſti, eâ hora credidere Iſraelitæ Aaronem mortuum eſſe, & fleverunt Aaronem triginta diebus totus populus congregationis Iſraelitarum.

" Vel כבעי pro כבעול neque cum hominum uxoribus coibimus. Sinus Jonathan.

2. Et audivit. Et Cananæus Rex Aradi qui in plaga meridionali habitavit, audivit Aaronem mortuum eſſe virum ſanctum *ſc.* cujus ob puritatem nubes glorioſæ Iſraelem protegebant, & columna nubis elevata fuit. Et miriam mortuam eſſe, prophetiſſam *ſc.* cujus ob puritatem fuit " fons ambulans, & reconditus fuit fons *ille*. Reſpondit & dixit vos qui bellum peragitis, venite, & aciem bellica coram Iſraele diſponamus, Invenimus enim nos viam quam e julantes ingreſſi ſunt. Et belli aciem coram Iſraele diſpoſuere, "qui captivam duxit ex illis turbam magnam.

" vid. notas in cap. 12, 1.

" Qui rex, vel qui Iſrael.

7. Et emiſit. * Echo venit e medio terræ, & vox audita fuit in ſupernis, Aſpicite homines omnes, & attendite, & auſcultate omnes filii carnis, In principio ſerpenti maledixi, & dixi illi, Pulvis erit cibus tuus, neque cibi causâ murmura-

* Chald. Filia vocis.

vit *ille*. Eduxi populum meũ redemptum ex Ægypto, & mannã de cælo illis cadere feci. & coturnices e mari iis traduxi, & fontem illis e profundo aſcendere feci. " Reverſi ſunt populus meus, ut contra me murmurarent propter mannam dicentes, Anima noſtra afflicta eſt propter panem hunc levem comedendum. Propterea veniet ſerpens, qui ob cibum ſuum non murmuravit, & mordere faciam populum hunc, qui ob cibum ſuum murmuravere. Et excitavit verbum Domini in populum ſerpentes ignitos, qui populum momordere, ita ut mortui ſint populus multus ex Iſrael.

" i. Iterum, vel poſtcà murmurabant.

10. Et fecit. Et fecit Moſes ſerpentem æneum, & " ſuſpenſum in loco *quodam* poſuit, & evenit, ut quicunque morſus fuit a ſerpente, ſi faciem ejus in oratione ad patrem ejus in cælis " extenderet, & ſerpentem æneum aſpiceret, ut † ſanaretur.

" i. elevatum.

" Chald. ſuſpenderet.

† Chald. viveret.

15. Idcirco. Ideoque dicetur in libro legis Domini * (qui aſſimilatur libro bellorum) ſigna, & actiones ſtrenuas quas fecit Dominus populo ſuo, filiis Iſraelis cum ad mare algoſum ſtetere, eadem fuiſſe cum illis quæ fecit cum iis quando flumina Arnonis tranſiere.

* i. quem Moſes vocat librum bellorum. In quo ſcribuntur bella Domini. Jonath.

16. Et decurſus. Cum filii Iſraelis flumina Arnonis tranſiere, abſconderunt ſe Moabitæ in ſpeluncis juxta flumina dicentes, cum in tranſitu ſint Iſraelitæ nos in occurſum eorum exibimus, & eos occidemus. At indicavit Dominus totius orbis Jehovah, qui novit quid ſit in cordibus, & coram quo manifeſtum eſt, quod eſt in renibus, indicavit, inquam, montibus, qui in unum conjunxerunt capita ſua, " & contriverunt capita † fortium inter illos, inundarunt flumina ſanguine occiſorum, ubi Iſraelitæ ambulabant ſuper culminibus montium ſuprâ, neque cognoverunt ſigna, & potentiam, quam exercuit Dominus cum illis in fluminibus Arnonis; & * Lecajathæ urbis, eo quod non fuit inundatio per conſilium eorum qua aberatio illis contigit. Et ecce conjuncta fuit finibus Moabitarum.

" Vel hi in illos

† Vel hominum. Omnes enim obrutos credunt Judæi.

* i. Civitas Ar. vid. Oſh. in Deut. 2. 29.

18. Tunc cecinit. Ecce tum laudaverunt Iſraelitæ laude cantici hujus, Aſcende fons. Pſallebant ei. & ipſe aſcendit.

19. Fons. Fons quem foderunt principes mundi a principio,

cipio, Abrahamus, Isaacus, & Jacobus, perfecerunt illum prudentes orbis Synedrium Septuaginta sapientum, * legis explicatores extraxere virgis suis Moses /c. & Aaron scribæ Israelis, & e deserto datus fuit ei *in* donum.

* Vel qui separati sunt honore sc. vel mirabiles,

20. Et a Mattana. Postquam donò datus fuit illis fons conversus fuit illis in flumina exundantia invalescentia. Posteà ascendit in culmina montium, & descendit cum iis in flumina vetera, collectus fuit ex iis fons qui est in terminis Moabitarum in culmine collium † qui fluebat illis ex adverso silvæ Jeshimonis.

† Buxt. in Lex. Chal. Tal. Rab. sic legi debere cogitat. דמטיר בלהבל בית ישימון

28. Idcirco. Ideoque dicent qui proverbia loquuntur, venite.

29. Quia ignis. Quia populus fortis & devorans sicut ignis exierunt ex Heshbone, bellatores similes flammis igneis, ex Urbe Sihonis; Reges Amorrhæorum occidere, vastavere Lechi Jatham Urbem Moabitarum, interfecere " Cumaræos, qui sacrificabant coram Idolis Arnonis.

Quæ spectat versus Beth. Jeshimon. in צפה

" Vel, sacrificulos.

30. Væ vobis Moabitæ, comsumpti estis, & † periistis qui Idolum Chemosh colitis, tradidistis filios vestros, vinculis ligatos, & filias vestras in captivitatem Sichoni Regi Amorrhæorum.

† Jonathan pro ברחון legit אברתון un è patet ita legendum esse quoque v. 26. cap. 17.

31. Et jaculati sumus. Et cessavit Regnum ab Heshbone, & principatus a Dibone, & venati sunt semitas illius usque ad Nophacam, quæ conjuncta est Medebæ.

32. Et habitavere Israelitæ in terra Amorrhæorum.

33. Et misit Moses ad explorandam Macuaram, & subegere villas, & Amorrhæos, qui ibi fuerunt, vastavere.

35. Accidit autem cum vidit Moses Og, ut diceret, Nonne hic est Og impius, qui Abrahamum & Saram " deridens dixit, Abrahamus & Sara similes sunt arboribus elegantibus, quæ constitutæ sunt juxa fontes aquarum, at fructus nullos proferunt? Idcircò vivere fecit illum Dominus sanctus, (cujus nomen benedictum sit) annos multos usque dum videret filios, eorum, & filiorum filios, † ut posteà manibus eorum caderet. Et dixit Dominus Mosi, Ne metuas illum, nam in manum tuam illum tradidi, & omnem populum ejus, & terram, & facies ei sicut fecisti Sihoni Regi Amorrhæorū qui habitavit Heshbone.

" Chald Op. primeus. Sic Ismael persecutor appellatur, Gen. 21. 9. Gal. 4. 29.

† Chald. ut rediret, & caderet.

Sectio legis trigesima nona quæ incipit cap. 22. v. 2.

CAP. XXII.

7. Et abierunt. Et iverunt sapientes Moabitarum, & sapientes Midianitarum literas signatas ferentes, & venerunt ad Bileamum, & locuti sunt illi verba Balachi.

21. Et surrexit. Surgens autem manè Bileamus asinum suum disposuit, & cum magnatibus Moab abiit.

24. Stetit autem. Et stetit Angelus Domini in medio vinearum multarum ex hoc, & multarum ex illo latere.

28. Et dixit. Et dixit asinus Bileamo, væ tibi Bileame impie, qui scientiâ cares, neque ulla sapientia in te inventa est. En ego jumentum immundum in hunc mundum adductum, in futurum autem nunquam adducendum. Non potuisti maledicere mihi in sapientia artis tuæ. Quanto minùs filiis Abrahami, Isaaci & Jacobi, ob quorum puritatem mundus creatus fuit ab initio. Et quomodo ibis ad maledicendum illis, quorum scientiam furto abstulisti, populi illius sc. Et dixisti * illis, Non est hic asinus meus, sed quem mutuo accepi. Attamen annon ego sum asinus tuus super quem equitasti ab adolescentia tua usque ad hunc diem? Num arguendo convictus sum " *unquam* sic fecisse tibi prout nunc feci? Et dixit ei, Non.

* Vel his sc. principibus Moab.

" Jonathan הֵיכִדִין sic.

CAP. XXIII.

3. Clivum. Et ivit Bileamus corde " humili.

" i. abjecto.

7. Et sustulit proverbium suum. Et extulit in parabola Prophetiam suam, & dixit, E Syria me allocutus est Balacus Rex Moabitarum, e montibus Orientis, veni nunc, maledic mea causa domui Jacobi, & minue tribus domus Israelis.

8. Quid. Quomodo maledicerem ego domui Jacobi, cum verbum Domini benedixerit iis, aut quomodo ego minuerem familiam Israelis, cum verbum Domini illos multiplicaverit?

9. Quia.

9. Quia. Video ego populum hunc ductum puritate patrum ſuorum juſtorum, qui montibus ſimiles ſunt, Abrahami ſc. Iſaaci, & Jacobi, & puritate quatuor matrum earum, quæ ſimiles ſunt collibus, Saræ, ſc. Rebeccæ, Rachelæ, & Leæ. Ecce populus hic per ſe habitavit, neque cum moribus populorum commixtionem admittet.

10. Quis. Quis poteſt numerare juvenes domus Jacobi, de quibus dictum eſt, quòd multi erunt, ſicut ſtellæ cæli? Dixit Bileamus impius in parabola prophetiæ ſuæ, quòd ſi interficerent illum gladio Iſraelitæ, prædicaret ipſe Bileamus nullam eſſe ei portionem in ſeculo futuro. Sin mortem veracium Bileamus moreretur utinam eſſet finis ejus ſicut minimi ex illis.

15. Obvius fiam. Et ego verbo meo te † honorabo.

† Vel tibi obvius fiam, ut in Heb. eſt enim idem verbum.

19. Non vir. verbum Dei viventis, non eſt ſicut verbum hominum, neque ſunt facta Dei ſicut facta hominum. Filii hominis dicunt & non faciunt, conſtituunt, & non confirmant, ſed poſteà a verbis ſuis recedunt. Deus autem dicit & facit, decernit & exequitur, & decreta ejus firma ſunt in æternum.

20. Ecce. Ecce † adductus ſum ut benedicerem ego Iſraeli, & Iſraeli ego benedico, neque benedictiones ab iis cohibebo.

† A Deo, ſc. ut Jonathan explicat.

21. Non aſpexit. Non video colentes mendacium neque idololatras in tribubus filiorum Iſraelis. Verbum Domini cum illis eſt, & clamor præ gloria Regis eorum eos protegit.

23. Deus. Dei qui redemit, & redemptos illos eduxit ex Ægypto eſt robur, & laus, & exaltatio.

23. Quia non. Non enim video auguria exercentes in familia Jacobi, neque divinationibus divinantes inter tribus Iſraelitarum. Tempore hoc dicetur de Jacobo, Quanta ſunt bona facta illius, & conſolationes, quas Dominus dare vult vobis domus Jacobi? Tunc ait in parabola Prophetiæ ejus, opera bona juſta veſtra quantam mercedem vobis diſponunt apud patrem veſtrum cæleſtem in ſeculo futuro?

24. Ecce. Ecce populus hic ſicut leo habitat, & ſicut leæna prævalebit. Sicut leo non quieſcit, aut tranquillus

tranquillus eſt uſque dum comedat, & extrahat carnem & ſanguinem biberit, ita populus hic non quieſcet, neque tranquillus erit dum interfecerint hoſtes ſuos, & ſanguinem oſorum ſuorum interfectorum ſicut aquas effuderint.

CAP. XXIV.

1. Et vidit Bileamus. Et vidit Bileamus quòd decorum fuit a coram Domino, ut Iſraeli benediceret, neque abiit, ſicut abierat ſingulis vicibus ad petendum cum ariete in occurſum divinationum. Abiit & poſuit vultum ſuum deſertum verſus, & in eos vitulum factum commemoravit quærens illis maledicere.

3. Et ſuſtulit. Et extulit in parabola prophetiam ſuam & dixit, dixit Bileamus filius Beoris, dixit vir qui honoratus præ "patre ſuo fuerat, cui quod ab omnibus prophetis abditum fuit, revelatum erat.

a Cod. Ven. par. legit, præ fratribus ſuis.

4. Dictum. Dixit vir qui audivit ſermonem a coram Domino, quique vidit viſionem e præſentia omni ſufficientis, & cum inquirebat, extenſus fuit ſuper faciem ſuam, cui etiam arcana prophetiæ revelata fuere, & qui prophetam egit in vitam ſuam *prædicens* ſe gladio caſurum, quæ prophetia in fine implenda eſt.

5. Quàm bona ſunt tabernacula in quibus oravit Jacobus pater illorum, & tabernaculum conventus, quod nomini meo feciſtis, & tabernacula veſtra "vos undique cingentia Domus Iſraelis.

b Jonathan לוּחַ illud. i. Tabernaculum. Neque videtur Locum corruptũ quod Buxt. Jun. lex. Chald. in voce, כרא cenſuit.

6. Sicut flumina prævalentia, ſic prævalebunt Iſraelitæ ſuper hoſtes ſuos: & ſicut horti plantati ſuper ſcaturigines aquarum, ſic producent urbes eorum ſcribas & doctores legis, & ſicut cælum quod extendit Dei verbum ut eſſet domus majeſtatieæ preſentiæ ſibi, ſic erunt Iſraelitæ vivi & firmi in æternum, elegantes & laudabiles ſicut cedri per aquas, & elevantes genituram ſuam.

* Bib. Buxt. ישלמרן pro וישלטרן vid Jon.

7. Fundet. Exurget Rex eorum e filiis eorum, et redemptor eorum ex illis, & inter eos erit, & captivitatem eorum ils recolliget e provinciis hoſtium ſuorum, & filii eorum * dominabuntur

minabuntur in populos, " & robuſtior erit Saule, qui pepercit Agago Regi Amalechitarum, & magnificè efferetur regnum Regis Meſſiæ.

" Jonathan, Elevantes ſe ſupra omnes populos.

8. Deus. Deus qui liberavit & eduxit eos redemptos e terra Ægypti, robur, & laus, & exaltatio ejus eſt. Prævaluerunt filii Iſraelis in hoſtes eorum, & Urbes eorum diviſere, & fortes eorum interfecere, & reſiduum eorum diviſere.

9. Incurvavit ſe. Ecce populus hic ut Leo habitabit, & ut Leæna præ valebit: qui vobis benedicet O Iſrael benedictus erit, ſicut Moſes Propheta ſcriba Iſraelitarum: Qui autem vobis maledicit maledictus erit ſicut Bileamus filius Beoris.

10. Ex accenſa fuit. Et vehementer exarſit Balacus in Bileamum, & volâ manuum ſuarum complovit, & dixit Balaeus Bileamo, ut malediceres oſoribus meis adduxi te, tu autem tantummodo benedixiſti.

14. Et nunc. Et jam ecce abeo ad populum meum. Veni nunc, conſulam tibi quid populo huic facies Fac eos peccare. Alioqui tu in populum hunc non dominaberis, ſed populus hic in populum tuum in fine dierum extremo dominabitur.

15. Et ſuſtulit. Et extulit in parabola Prophetiam ſuam, & dixit, Dixit Bileamus filius Beoris, & dixit vir qui honoratus fuit " præ patre ſuo, cui revelatum fuit, quod ab omnibus Prophetis abditum erat.

" Cod. Ven. par. præ fratribus ſuis.

16. Dictum. Dixit vir qui audivit ſermonem e præſentia Domini, & ſcientiam obtinuit a coram illo, qui vidit viſionem e preſentiâ omnipotentis, & quando " petebat, ſe ſuper faciem ſuam extendit, & cui arcana Prophetiæ revelata fuere, & qui in vitam propriam prædixit ſe gladio caſurum, & finis prophetiæ illius perficiendus eſt.

" Sc. ut hæc viſio ei manifeſtaretur. Jon.

17. Videbo illum. Video illum, quamvis adhuc non ſit, & cognoſco illum, quamvis non ſit propinquus qui futurus eſt ut ſurgat Rex ſc. e domo Jacobi, & redemptor & dominator e domo Iſraelis, qui Moabitas fortes interficiet, & omnes filios Orientis ſpoliabit & vaſtabit.

18. Et erit. Et erunt " Edomitæ, qui poſſident montem Gebalæ hoſtes eorum, at Iſraelitæ exercitu forti prævalebunt.

" Cod. Ven. par. Perſia.

19. Et dominabitur. Futurum eſt ut Rex oriatur e fami-

lia Jacobi, qui vastabit quicquid residuum sit de munitione
" forti.

" Cod. Ven. par. & Jon. Peccatrice.

20. Vidit autem Amalechitam, & elevavit parabolicè prophetiam suam, & dixit, Populus primus qui bellum contra Israelem instruxere fuere Amalechitæ, & in fine dierum extremo illi belli ordines in eos instruent, & finis eorum in perditionem tendit, eritque perditio eorum sempiterna.

† Vel pacificos. Kenitæ enim hostes Israelis non fuere. Jonathan legit Jethro.

21. Et vidit. Vidit quoque † Shelemitas, & extulit parabolicè prophetiam suam, & dixit, Quam fortis est habitatio tua, posuisti enim in foraminibus petræ habitaculum tuum.

22. Sed. Sed si sit Shelemita in prædam huc usque, exurget tandem Assyrius & te captivum abducet.

23. Ebeu. Ah quis vivet, cum disponet verbum Domini mercedem bonam justis dare & de impiis vindictam sumere?

* Genere navium levi, quo Liburni utebantur.

24. Et naves. Et exibunt populi multi in * liburnicis e provinciis, & legiones multas " Meridionalium sibi associabunt, & Assyrios subjicient, & omnes filios trans flumen affligent, at finis tam horum quàm illorum in perditione definet, & erit perditio in æternum.

" דרום Meridies, quia Sol illic דר altè habuit, vel דרך Altissimè incedat.

25. Et surrexit. Surrexit autem Bileamus, & abiit, & ad locum suum reversus est, & similiter Balacus.

CAP. XXV.

1. Et habitavit. Et manserunt Israelitæ in Shittim, & cæpit populus scortari cum filiabus Moabitarum.

2. Quæ vocaverunt. Quæ populum ad sacrificia Idolorum suorum invitabant.

" Cod. Ven. par. idolum. Forte unicum ibi fuit.

3. Et copulatus fuit. Et adhæserunt Israelitæ colentibus " Idola Peoris, & excanduit furor Domini contra Israelem.

† i. principes.

4. Et dixit verbum Domini Mosi, Accipe omnia † capita populi, & statuas ea in Synedrio coram Domino, & suspendantur omnes qui peccavere donec morte afficiantur, & in occasu solis cadavera eorum dejiciant, & sepeliant. Ita

averterur

avertetur vehemens furor Domini ab Iſraele.

5. Et dixit Moſes principibus Iſraelis, Occidite quiſquis viros familiæ ſuæ, qui adhæſerunt colentibus idola Peoris.

6. Et ecce vir de filiis Iſraelis venit, & ad fratres ſuos adduxit Midianitidem coram Moſe, & coram omni congregatione Iſraelitarum, & ecce flentes erant illi in porta tabernaculi conventus.

7. Et vidit. Et vidit Phinehas filius Eleazaris filii Aharonis ſacerdotis maximi, & e medio congregationis ſurrexit, & haſtam accepit.

8. Et venit. Et ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitam in * tentorium, & transfixit eos ambos, hominem ſc. Iſraelitam, & mulierem † per Iracundiam & finita eſt plaga a filiis Iſraelis.

Et fuerunt illi qui mortui fuere plagâ viginti & quatuor millia.

* Vel, lupanar.
† In umbilico, Munſter. dict. Chald.

Sectio legis quadrageſima, quæ incipit, cap. 25. v. 10.

12. Idcirco. Cum juramento abiit Moſes & dixit de Phineazo, Ecce ego do illi.

18. Machinationibus ſuis. Mendaciis ſuis.

CAP. XXVI.

11. Et filii Kore. Filii autem Kore, quia non fuere poſitiſ paterni conſcii, non moriebantur.

CAP. XXVII.

5. Et appropinquare fecit. Cauſa una e quatuor judicialibus, *quæ* omnia ſcripta ſunt ſuprâ in *negotio* ſtipulas colligentis, & pollutorum e *contactu* mortui. Et poſuit Moſes ordinem judicii eorum coram Domino.

16. Præficiat. Conſtituat verbum Domini Dei qui dominatur in ſpiritum omnis carnis virum deſtinatum ſuper populum congregationis.

CAP. XXVIII.

2. Præcipe. Jube filios Iſraelis & dicito illis, oblationem meam panis ordine menſarum quam vos mihi offertis ſuper altare, annon ignis eum devorat? Et tamen mihi a vobis acceptabilis eſt in odorem beneplaciti. Populo mi filii Iſraelis feſtinate offerre eam mihi in tempore ſuo.

7. In loco ſancto. In vaſis Sanctuarii libabitur libamen vini ſelecti nomini Domini.

Sectio legis quadrageſima prima quæ incipit, cap. 30. v. 2.

CAP. XXX.

13. Vir ejus irrita fecit illa. Maritus ejus ea diſſolvit.

14. Aut vir illius id irritum facere poteſt. Maritus ejus id diſſolvere poteſt.

17. In adoleſcentia illius. In diebus juventutis illius, in domo patris ejus.

CAP. XXXI.

3. Expedite. Armate *quoſdam* e vobis.

22. Stannum. Stannum & plumbum.

50. Et offerimus. Offerimus ergo oblationem Domini, quia ingreſſi ſumus in domos regum Midianitarum & in conclavia ubi accumbunt. Ibi quoque vidimus filias eorum, regum *ſc.* Midianitarum pulchras & delectabiles. Et ab iis abſtulimus " ornamenta aurea de capitibus earum, & inaures ex auribus illarum, & annulos e digitis earum, armillas quoque e brachiis illarum, & " ornamenta pectoralia e medio mammarum ſuarum. * Parce nobis Moſes Doctor noſter, ne unus *quidem* e nobis in unam earum aſpexit, neque unitus eſt e nobis unus earum uni, ut non ſit cum ea obrutus in Gehenna ſeculi futuri.

" Chald. Urbem auream. ornamentum aureum, quod virgines in capite gerebant a forma Urbis ſic dictum. In כלוליא ornamentum. " מכוכיא pro משכיא Vid. Cod. Ven. par. ſic & locum citat Bux. in Lex. Chald. Tal. Rab. in משך.

* i. abſit vid. Burt. Jun. Dict. Chald radice תיס.

Hzu

Hæc " *oblatio* " surget nobis in † die judicii magni in reconciliationem propter animas noſtras coram Domino.

" Vel hæc cautela, ſc. ne laſcivi evaderemus.

CAP. XXXII.

1. Et viderunt. Et aſpiciebant terram Macvaræ, & terram Gileadis, Et ecce locus erat locus † opulentus.

" Vel, ſtabit.

3. Haterothæ. *a.* Maclalca, *b.* Madbeſhta, & Macvara & Beth-Nimrin, & Heſhbon, & Elgnaleh, & Shebham, & † Nebho, & Bheguan.

† Child. opum. Vel pecorum. Reſpondet voci מקנה in text. quæ opes, & pecora ſignificat. Erant enim præcipuæ Patriarcharum opes.

4. Pecoris. Opum.

7. Et quare rumpitis? Et quare frangitis?

9. Et aſcenderunt. Et aſcendebant ad botrum, & videbant terram.

14. Turba. Multi eſtis viri peccatores, ut addatis adhuc ad vehementiam furoris.

17. In Civitatibus munitis. In Urbibus excelſis a præſentia dominorum terræ.

24. Ædificate vobis. Ædificate vobis Urbes pro paryulis veſtris, & caulas ovibus veſtris, & quod ex ore veſtro exiit, facite.

34. * Filii Gad. Et ædificaverunt filii Gad " Debeſhtam, & " Maclaltam, & Lechajatham.

35. Et Hatarothas. Et Maclaltam * Shophanæ, & Macvaram, & Jogbehaham.

a. Urbs Coronaria. Reſpondet Heb. עטרות

b. Forte a דיבון corrupte tractu temporis.

† Onkel. & Jon. pro Nebo legunt Domus ſepulchri Moſis.

* Bib. Bux. דבבוראובן ſed perperam.

" Vid. in v. 3.

" Vid. in v. 3. * Ut diſtinguatur a Maclalta, v. 34.

Sectio legis quadrageſima ſecunda, quæ incipit cap. 33. v. 1.

CAP. XXXIII.

1. Et profecti ſunt. Et abierunt e Peluſio in menſe primo.

7. Et reverſi ſunt ad os. Et profecti ſunt Ethamâ, & redierunt ad hoſpitia Cheratharum, quæ ſunt e regione idolorum.

19. Et abierunt. Et profecti ſunt Marâ, & Elimam venere. Erant autem Elimæ duodecim fontes aquarum ex adverſo duodecim tribuum Iſraelis, & Septuaginta palmæ e regione

gione Septuaginta seniorum Synedrii Israelitici. Et ibi mansere.

52. Et ejicietis. Et destruetis omnes habitatores terræ e præsentia vestra, & Idola eorum omnia consumetis, & omnes imagines fusiles eorum confringetis, & omnia * altaria eorum diruetis.

CAP. XXXIV.

3. Et erit. Erit etiam vobis terminus Australis a deserto † Rechamæ e regione finium Idumæorum, erit & *terminus* Australis vobis a finibus maris salsi ex oriente.

4. Et divertens. Et circundabit terminus vester Australis ab ascensu scorpionum, qui " præterit montem ferreum: & erit exitus illius e Meridie Rechamæ usque ad Regiam, & exibit ad " habitationem fortium, & transibit Chesamam.

5. Et divertens. Et transibit terminus Chesamâ usque ad Nilum Ægypti, & erit exitus illius ab occidente.

6. Et terminus. Et terminus est mare magnum, Oceanus sc. insulæ ejus & † limites illius, & naves cum aquis antiquis, quæ sunt in medio ejus. Hæ sunt aquæ quæ in initio *fuere*. Hic erit terminus vester occidentalis.

7. Et hic erit terminus vester Aquilonaris. a mari magno constituetis vobis * ad Taurum montem.

8. Ab Hore monte. A Tauro monte constituetis vobis † supra Antiochiam, & erunt exitus ejus terminus * Aulasæ Ciliciæ.

9. Et exibit. Et exibunt termini Ziphronem, & erunt exitus ejus habitatio Ajenuthæ. Hic est terminus vester Aquilonaris.

10. Et definietis. Et constituetis vobis terminum † occidentalem ab habitatione Ajenuthæ Apameam usque.

11. Et descendet. Et descendet terminus per Apameam Daphnen usque ex oriente Ajenuthæ. Sic descendit terminus, & pervenit usque dum mari conjungatur Gennesarethæ ex occidente.

12. Et descendet. Et descendet Jordanem usque, & erunt

* Vel exercitum ut in Jon. in Numb. 31. 10. palatiis jungitur. Et in Num. 32. 30. in habitatione domus excelsorum.
† i. Cadesh Barnea. Vid. Onk. Deut. 9. 23.
" Vel, transit.
* Vel, Dirath Addaraja.
† Vel, Provinciæ ejus.
* Chald. מנוס Jon. Ad Taurum Umanum. Is fuit in finibus Idumææ. Pottæ Amani montis: Taurus mons primâ sui parte Imaus dictus. Plin. lib. 5. c. 27.
† Vel, ut ascenditur.
* Jon. אבלס legit, i. pylæ Ciliciæ, locus celebris apud Geographos in gestis Alexandri magni.
† In aliis; orientalem.

sunt exitus ejus mare salsum. Hæc erit terra vestra cum limitibus suis undiquaque.

15. Duæ tribus. Duæ tribus cum dimidio acceperant possessionem suam trans Jordanem primæ juxta Jerichuntem. Ex Oriente a planitie maris salsi exiit terminus eorum [a] Ginneretham usque arcem Regni Amorrhæorum. Et a Cinneretha arce Regni Amorrhæorum exiit terminus illorum ad montem niveum, & ad calorem Libani. Et a monte niveo & calore Libani exiit terminus eorum Hobam usque quæ est e parte Aquilonari Ajenuthæ Damasci. Et ab Hoba quæ est e parte Aquilonari Ajenuthæ Damasci exiit terminus illorum per † Oceanum usque montem niveum Cæsareæ cujus est e parte orientali pars occidentalis Danis. Et ab Oceano * montis nivei Cæsareæ cujus est ex orientali parte occidentalis plaga Danis, exiit terminus eorum ad fluvium magnum fluvium Euphratis, super quem disposuit victorias bellicas Domini partas Et a flumine magno flumine Euphratis exiit terminus eorum ad urbes Zavathæ * post † palatium omne Zimræ domum regiam Sihonis regis Amorrhæorum, & domum regalem Og regis † Mathnanæ: exit Raphicam & Shocmezæam dum pervenit ad † oram maris salsi. Hæc est portio duarum tribuum cum dimidio.

[a] Provinciæ, in qua est lacus Genneſareth.

† Per Oceanum intelligit mare mediterraneum.

* הורנגלא pro טור תלגא mons niveus, ut patet e prioribus. Is est Hermon. Vid. Onk. Deut. 3. 9.

* i. ultra.

† Vel. Trachonitidem.

† Bashan.

† Chald limitem.

CAP. XXXV.

2. Et suburbium urbium. Et civitatum suburbia undiquaque Levitis dabuntur.

4. Et suburbia. Et agri extra urbem.

DEVT. I.

Sectio legis quadrageſima tertia, quæ incipit Deut. 1. v. 1.

1. HIC *ſunt* verba. Hæc verba *ſunt* quæ locutus eſt Moſes cum toto Iſraele reprehendendo eos dum † manerent trans Jordanem. Reſpondit Moſes & dixit illis, Annon in deſerto in monte Sinai data fuit vobis lex, & in planitie Moab explicatum fuit vobis quot ſigna & facta potentia fecit pro vobis verbum Domini, cum juxta mare algoſum ſtetiſtis. Diviſum fuit mare coram vobis, & factæ ſunt duodecim ſemitæ ubi una fuit: ſemita unicuique tribui. Provocaſtis eum ad mare, ad mare algoſum rebellaſtis in negotio † exploratorum qui e deſerto Paranis miſſi fuere. Determinavit in vos ut non ingrederemini in terram Iſraelis. Et propter manna, quia dixiſtis afflicta eſt anima noſtra propter panem hunc, qui cibus levis eſt, excitavit in vos beſtias illius & in Hazeroth ubi cecidere cadavera veſtra propter carnem. Et propter vitulum quem feciſtis dixit in verbo ſuo ſe vos vaſtaturum, niſi fœderis memor eſſet, quod pepigerat cum patribus veſtris, Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo, & tabernaculi conventus quod nomini illius feciſtis, & arcæ fœderis Domini vel holocauſtorum veſtrorum in medio illius & quod illud auro purgato undique obtexiſtis.

† Bib. Bux. יהובין pro יתובין. dantes pro manentes, niſi ſit יהב pro שם poſuit ut Heo נתן i. conſtituti eſſent. Verum videtur יהב ſignificare, Manſit. c. 27. 12. & 29. 16.

† מלליוא pro מאללויא. Vid. Jon.

2. Undecim. Iter undecim dierum a monte Horebo viâ montis Gebalæ uſque ad Rechamam * Regiæ quia peccaſtis & provocaſtis, eum impediti fuiſtis & divagati eſtis per annos quadraginta.

* Jon. Gegnæ.

3. Et fuit. Et evenit in fine quadraginta annorum.

24. Et converſi ſunt retrorſum & in montem aſcendebant, & venerunt ad vallem Botri & eam exploravere.

44. Et

44. Et profecuti sunt vos, sicut apes prosequi solent, & vos interfecere a Gebala † usque dum vos disperderent. † Vel, ad Shetsajuam.

CAP. II.

8. Et transivimus a fratribus nostris filiis Esau, qui habitant Gebalæ viâ planitiei ab Elatha, & ab arce * montis nivei, & conversi retrorsum transivimus viâ deserti Moab. * Vid. not. in Num. 34. 15.

CAP. III.

2. † Et dixit. Quando vidit Moses improbum illum trepidantem & trementem coram eo, dixit, Annon hic ille, est qui probris affecit parentes nostros Abrahamum & Saram, & dixit illis, vos similes estis arboribus plantatis juxta scaturigines aquarum, quæ fructum tamen nullum proferunt. Idcirco eum tardavit sanctus benedictus Deus, cujus nomen benedictum sit, vivere fecit illum annos multos, ut eum ostenderet generationibus, quem traderet in manum filiorum † ejus. Et dixit verbum Domini illi, Moses ne timeto ab eo, quia in manum tuam tradidi illum & omnem populum illius & terram. Et facies illi sicut fecisti Sihoni Regi Amorrhæorum, qui Heshbone habitavit. † Hæc nota duabus aliis extra ordinem postponitur. † Abrahami sc.

5. Omnes hæ Urbes excelsæ fuere mœnibus altis circundatæ cum portis & vectibus.

9. Sidonii vocant Hermonem terram tradentem fructum suum, Amorrhæi autem vocant terram multiplicantem fructus arborum.

11. Annon Rabbæ est? Annon data est *ut sit* sub præfecturis Ammonitarum?

14. Omnem terminum † Atarconæ ad terminum Vtbis † Epicæri, easque nomine suo vocavit. † pro Argob. Onk. Deut. 3. 13.

17. Et planitiem, & Jordanem, terminum quoque a Gennezaretha usque ad mare planitiei, mare salsum sub " domo effusionis cinerum ab Oriente. † pro Maacath. Onk. Deut. 3. 13. Anticyram vocat Jon. " i. loco.

Sectio legis quadrageſima quarta, quæ incipit cap. 3. v. 23.

23. Et precatus ſum. Et oravi & petii miſericordias a coram Domino, dixit Moſes, ea horâ dicendo.

24. Obſecro per miſericordias e præſentia tua Domine Deus tu cæpiſti.

29. Et conſedimus. Et manſimus in valle flentes propter peccata noſtra & confitentes delicta noſtra, quod adhæſimus colentibus Idola Baal-Peoris.

CAP. IV.

8. Nam quis populus magnus? Quis enim populus magnus eſt, qui Deum habet ſibi appropinquantem ſicut Deus noſter omni tempore, quo nos illum invocamus, & ille nobis reſpondet?

18. Similitudinem ullius. Imaginem ullius piſcis qui eſt in aquis ſubter terram.

20. In populum. ut ſimus nos populus dilectus quaſi peculiaris poſſeſſio hodiè.

24. Quia Dominus Deus tuus ignis devorans *eſt*. Dominus enim Deus veſter ignis eſt qui devorat, Deus Zelotes & in Zelotypia ultionem ſumit.

33. Num audivit. Aut quis populus eſt, aut regnum quod audivit.

34. Aut num tentavit? Aut ſigna quæ fecit verbum Domini ad veniendum ut prædicatione acciperet ſibi populum e medio populi?

42. Qui ſocium ejus occidit a *latere, neque ſcivit, neque oderat illum pridiè aut antea.

44. Et hæc eſt promulgatio legis quam poſuit Moſes coram filiis Iſraelis.

48. † A Lechajatha quæ eſt in valle Arnonis uſque ad montem tradentem fructum ejus. Ille eſt * mons niveus.

* בבחוץ pro בחכיח i. ſubito, vel caſu improviſo.

† i. Ar.

* i. Hermon.

CAP.

CAP V.

29. Utinam quis daret ut eſſet cor hoc bonum iis.

CAP. VI.

3. Terrâ faciente fructus bonos, puros ſicut Lac, & dulces, & guſtu melli ſimiles.

4. Audi. Cum veniſſet finis patris noſtri Jacobi, ut è mundo demigraret vocavit duodecim tribus filios ſuos, & eos circa lectum undique diſpoſuit. Reſpondit pater noſter Jacobus & dixit iis. Fortè, idola quæ Terah pater Abrahami coluit colitis. Fortè idola quæ Laban frater matris meæ coluit, colitis. Aut Deum Jacobi colitis. Reſponderunt duodecim tribus pariter corde perfecto, & dixerunt, Audi nunc Iſrael pater noſter, Dominus Deus noſter Dominus unus eſt. Reſpondit Jacobus, & dixit, Sit nomen ejus magnum benedictum in ſecula.

CAP. VII.

3. Neque conjunges te affinitate. Non mixti cum illis eritis.

10. Et retribuens oſoribus ejus mercedem præceptorum levium quæ ſunt in manibus eorum in hoc ſeculo, ut eos perdat in ſeculo futuro, neque "cunctatur retribuere oſoribus ejus mercedem præceptorum levium quæ ſunt in manibus eorum in hoc ſeculo.

" i. certò remunerat omnia malorum opera externa beneficiis externis, ut nullam mercedem in cielo expectent. Ut Jonatan explicat.

Sectio legis quadrageſima quinta, quæ incipit cap 7. v. 12.

23. Et divexabit eos. Et confundet eos confuſione magna, donec perdantur.

CAP. VIII.

3. Quia non per. Quòd non per mannam ſolam.

8. Terra ex oleis cujus fit oleum, & e cujus dactylis mel conficitur.

9. Terra cujus lapides. Cujus lapides puri sunt sicut ferrum, & montes duri sicut æs.

CAP. IX.

17. Et apprehendi duas tabulas. Et accepi duas tabulas & dejeci eas.

22. Et in sepulchris desideriorum.

CAP. XI.

12. Terra quam Dominus Deus vester jugitèr quærit.

19. Et cum cubitum is. Et cum requieſcitis, & cum surgitis.

25. Non consistet. Non surget princeps aut Dominus coram vobis, ob terrorem vestri, & metum vestri.

Sectio legis quadragesima sexta, quæ incipit cap. 11. v. 26.

28. Et maledictionem. Et vice earum si non obediatis.

CAP. XII.

22. Impurus. Qui remotus est a sacris, & qui purus est quoad sacra paritèr comedent.

CAP. XIII.

7. Cum pellexerit te. Ubi te pervertere conatus fuerit frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus, aut filia tua, aut uxor quæ dormit tecum.

CAP.

CAP XIV.

1. Filii dilecti estis coram Domino Deo vestro, non facietis incisiones hic & illic propter † idololatriam, neque calvitiē * in domo vultus vestri facietis propter ossa † cadaveris.

† Chald tutum peregrinum.

* Inter oculos vestros; ut in text. Heb. & in Onkel.

† Chald. animæ quæ mortua est;

6. Pabulum ruminando revocantia, ea inter bruta comedetis.

7. At. Sed pabulum ruminando revocantia quibus non sunt ungulæ divisæ.

12. Et hæc *sunt* quæ non. Et hæc sunt e quibus non comedetis, aquila, & gryphus, & halyætus.

13. Et milvus, & pica, & vultur juxta speciem suam.

18. Et ciconia. Et vultur albus, & ardea juxta species ejus, & gallus sylvestris, & vespertilio.

22. Decimando. Populo mi domus Israelis, decimando decimabitis omnem proventum seminis vestri a quo tempore vos seminatis in agro & proventus colligitis singulis annis; Populo mi Israel, non licet vobis decimare aut comedere a fructibus hujus anni † ad fructus proximi.

† Sensus est; non licet vobis unius anni fructus relinquere non decimatos ut de fructibus sequentis anni tollas duplices decimas. Sic Jon.

CAP. XV.

10. Dando dabitis ei, neque malum erit in oculis vestris quo tempore dabitis illi.

11. Quia non. Si observaverint Israelitæ præcepta legis, non erunt inter eos pauperes: at si præcepta deseruerint legis, quia non deficient pauperes e terra, ideoque præcipio vobis dicendo aperiendo aperietis manus vestras fratribus vestris pauperibus & indigentibus, qui sunt in terra vestra.

14. * Honorando. Viaticum providendo ei providebis.

* Mercedem amplam dando.

Sectio legis quadragesima septima, quæ incipit, cap. 16. v. 18.

CAP. XVI.

18. Judicantes. Judices & præfectos.

† i. personæ.

19. Non declinabis. Non avertetis judicium neque † facies accipietis, neque donum pecuniæ recipietis, donum enim excæcat oculos sapientum, & verba justorum in hora judicii eorum ‡ corrumpit.

‡ Vel, confundit.

CAP XVII.

8. Si occulta erit. Si abscondita erit res a vobis ad ordinandum judicium sive de sanguine occisorum sive de ‡ sanguine virginum, sive de plaga lepræ, sive de plaga porriginis, rebus contentionis in Urbibus vestris, tum surgetis & ascendetis ad locum, quo oblectatur Dominus Deus vester.

‡ Vid. cap. 22. 15.

‡ Vel, venditionis ejus juxta &c.

CAP. XVIII.

8. Partem. Et præter pretium ‡ ejus, quod vendiderant juxta patres suos.

10. Non reperietur inter vos qui transire facit filium suum aut filiam per ignem, † neque divinantes divinationes, neque * præstigiatores, neque observantes auguria aut incantationes.

† Sic, Jon. pro לאקסומי לאקסומי.

* Vel, fascinatores Chald. oculis tramentes.

11. Neque † consociantes consociationes malas, neque ligantes serpentes, & scorpiones, & omne genus reptilium, neque pythonem consulentes, neque ascendere facientes * incantationes, & consilium a mortuis petentes.

† i. incantatione animalia multa in unum locum cogentes ut lædant. Alii de societate incantatorum cum spiritibus malis locum interpretantur.

14. Ad planetarios. Incantatoribus & divinantibus divinationes auscultavere.

* Magiam exercebant per membrum virile mortuum excitantes, & consilium ab eo petentes Talm. in Sanhedr. Fol. 65. 2.

CAP. XIX.

5. Et qui veniet. Et qui cum socio suo veniet in sylvam ad ligna secanda, & securim apprehendens ad ligna secanda dimittit ferrum a ligno, ita ut in socium ejus incurrens illum interficiat, ille fugiet in unam Urbium harum, & vivet.

6. Cum incaluit. Cum fervidum sit cor ejus. Et incidat *in eum.*

CAP.

CAP. XX.

6. Et non prophanavit eam. Et non " redemit eam,

" A ſacerdote ſc. ut Jon.

11. Et erit. Et erit, ſi verbis pacificis tibi reſpondeat, & portas vobis aperiat, erit, inquam, ut totus populus qui repertus eſt.

CAP. XXI.

7. Et oculi noſtri. Et oculi noſtri non viderunt eum qui illum effudit.

Sectio legis quadrageſima octava, quæ incipit cap. 21. v. 10.

CAP. XXI.

14. Si illa tibi non placuerit, dimittes eam † liberam: at argento eam non vendes, mercaturam in illa non exercebis " quia poteſtas in illam tibi tradita eſt.

† Chald. in poteſtatem animæ ſuæ.

" Vel, quia poteſtas tua tradita eſt illi.

22. Super arborem. Et ſuſpendetis eum ſuper lignum.

CAP. XXII.

3. Et ſic facies. Et ſimiliter facito aſino illius, & veſtimento ejus.

4. Erigendo. Relinquendo relinques quod eſt in corde tuo contra fratrem tuum, & liberando liberabis cum eo, & ferendo feres cum illo.

8. Cum ædificaveris. Tum facito peribolum tecto tuo, ut non imponas domui tuæ peccatum ſanguinis innocentis effuſi.

12. Inſtitas. " Faſcias peniculamenti facietis ad quatuor alas togarum veſtrarum, quibus veſtiti eſtis.

" Vel, Fila;

20. At ſi verum. Sin vera ſit res hæc, neque talia in puella reperiantur.

21. Educant;

21. Educant. Tunc exire facient puellam e porta domus paternæ & illam † ibi lapidabunt.

† Fortè עמה pro עמה populus ejus i. viri civitatis ejus. Sic Text. Heb. Onk. Jon.

CAP. XXIII.

12. Et erit. Erit autem tempore veſpertino aquâ ut abluat.

† Chald. exiens foras.

18. Non erit. Non erit † meretrix e filiabus veſtris e familia Iſraelitica, neque erit " ſcortator e filiis Iſraelis.

" Vel, Cynædus. Chald exiens foras, ut prius.

19. Non introduces. Non infereis mercedem ſcortationis, neque precium canis.

CAP. XXIV.

" Videlicet per incantationes vel ligaturas magicas vid. Jon.

16. Ne pignori accipiat. Non accipietis in pignus metam aut catillum, quia ad vitam oppignerantis *ſuſtentandam* neceſſaria ſunt: Neque eritis ſponſorum & ſponſarum ligatores, quia quicunque facit hæc, vitam ſeculi futuri negavit.

13. Reſtituendo reſtitues. Redhibendo redhibebis illi pignus in occaſu ſolis, ut dormiat in veſte ſua & benedicat tibi, & hoc tibi juſtum reputabitur coram Domino Deo tuo.

14. Ne opprimas. Non injuſte cohibebitis ſtipendium mercenarii pauperis & egentis e fratribus veſtris.

15. In die ejus. In die illius dabis mercedem illius, ut non occumbat ſuper illum Sol, quia pauper eſt, & propter mercedem ſuſtinet in ſe animam ſuam, ut non clamet contra vos coram Domino, " moniti ſitis ut non ſit in vobis peccatum.

" Vel, cavete.

20. Quum excuties. Si decutietis olivas veſtras, non inveſtigabitis illas poſteà; in *uſum* peregrini, Orphani, & viduæ erunt.

21. Quum vindemiabis. Quum vindemiaveritis vineas veſtras, racemos poſteà non inveſtigabitis, peregrini erunt & viduæ.

CAP. XXV.

2. Et erit. Erit autem ubi oportet ut reus vapulet, ut procumbere

cumbere eum faciat judex quo percutiat illum *quis* coram eo juxta exigentiam peccati sui *certo plagarum* numero.

4. Ne capistrato. Populo mi filii Israelis, non frænabitis bovem in † tempore triturationis suæ. † Chald. hora.

10. Et vocabitur. Et vocabitur nomen illius in Israele, Domus eorum qui avulsum habuere Sandalium, & cessare fecerunt mandata † de fratria. † Chald דיבמת pro דיבמתא

11. Cum contendant. Et extendat manum suam, & apprehendat illum in * membro virili ejus. * Chald. in domo pudendorum. vid. Exod. 4. 4.

13. Non erit. Non erunt in loculo vestro pondera parva quibus vendat *quis*, neque pondera magna quibus emat.

14. Non erit. Non erunt vobis in domibus vestris † mensuræ & mensuræ, mensura magna *sc.* qua emat *quis*, aut mensura parva qua vendat. † i. variæ.

18. Qui occurrens tibi. Qui vobis in via obvii facti sunt, & e vobis occiderunt omnes qui foris fuere meditantes *quomodo* **declinarent* a sequendo verbum meum. Postquam nubes eos † ejecerat, domus Amalechitarum accepere eos & interfecere. Vos autem populo filiorum Israelis fessi & defatigati fuistis. veruntamen familia Amalechitarum non timuere coram Domino. * i. tribum Dan Idola fecerunt. Vid. Jon. † Eam tribum posteriore loco proficiscentem, nubes non protexit, sed cæci hostium exposuit.

Sectio legis quadragesima nona, quæ incipit cap. 26. v. 1.

CAP. XXVI.

3. Et venies ad sacerdotem. Venies quoque ad sacerdotem qui constitutus erit Pontifex maximus in diebus illis & dicetis * ei, Confitemur, & laudamus nos hodiè coram Domino Deo tuo, quia in terram introivimus, quam confirmavit verbum Domini patribus nostris se nobis daturum. * i. in laudem Dei profiremur quòd in terram, &c.

12. Cum perficies. Cum finem feceritis decimandi decimas omnes proventus tui in anno tertio qui est annus decimandi propter pauperes, tunc dabitis decimas primas Levitis, decimas *autem* pauperum peregrinis, orphanis, & viduis, ut comedant in Urbibus vestris & saturentur.

14. Non comedi. Non edimus ex iis in luctu, neque separavimus ex iis in immunditiam, neque * pollutis *e contactu* † mortui vestes ex iis fecimus, sicut edocti sumus voce verbi Domini Dei nostri juxta omnia quæ nobis præcepta sunt fecimus.

* Jon. omittit, Pollutis, & legit. Neque mortuis vestes dedi sc. in quibus sepeliantur.

† Chald. Animæ.

15. Prospice. Aspice quæso e " domo majestaticæ præsentiæ gloriæ & sanctitatis tuæ e cælis, & benedic populo tuo Israeli, & terræ † quam dedisti nobis, sicut patribus nostris confirmasti, terræ *inquam* quæ fructus bonos producit puros sicut lac, & dulces & sapidos instar mellis.

" Chald. ex habitatione domus.

† Bux. Bib.

17. Dominum. Verbum Domini Regem vobis constituistis hodiè, ut vobis Deus sit.

דבת Bib. par. דו חבת Jonath. דיחבת

18. Et Dominus. Et verbum Domini regnat super vos populum dicatum nomini ejus quasi peculium, sicut dixit vobis, & ut observaretis omnia mandata ejus.

CAP. XXVII.

7. Et scribes. Et scribetis super lapides omnia verba laudis legis hujus scripturâ insculpta & distincta, optimè legenda & interpretanda sensibus septuaginta.

12. Hæ. Sex tribus stabunt super monte Gerizimæ, & sex tribus stabunt super monte Ebalis, & Arca, & Sacerdotes, & Levitæ * considebunt in medio, (& omnes Israelitæ ex hac parte & illa vultus suos ad montem Gerizimæ convertentes) & ora sua benedicendo aperient. Benedictus sit vir qui non fecit imaginem, aut effigiem, aut similitudinem ullam, quæ odiosa est & longè amovenda e præsentia Domini, opus manuum humanarum, neque ponit * in loco abdito. At maledictione proferant qui facies suas convertunt ad montem Ebalis. Et " dixit, Maledictus sit vir qui faciet imaginem aut effigiem aut similitudinem ullam quæ odiosa est & longè amovenda e conspectu Domini, opus manuum hominis, & qui in loco abdito ponit. Et respondebit totus populus hinc & illinc. & dicent, Amen.

* יהוזנב pro יתיבין Vid. in Deut. 1. 1.

* Chald. בטרמיא pro בטימרא Vid. Jon. & Targ. Hier. in hoc v. post.

" Jon. dicant.

17. Removens. Maledictus sit vir qui limites mutat.

18. Errare faciens. Maledictus sit vir qui errare facit peregrinos

regrinos in via, qui cæcis ſimiles ſunt. Et reſpondebit totus populus & dicet, Amen.

23. Socru ſua. Maledictus ſit vir qui coit cum ſocru ſua. Et reſpondebit totus populus & dicet, Amen.

CAP. XXVIII.

5. Corbis tuus. Benedicti eritis in corbibus fructuum veſtrorum primorum, & in mactris veſtris.

6. Benedicti eritis cum intrabitis in ſcholas veſtras, & benedicti eritis cum exibitis e ſcholis veſtris.

26. Et non erit qui deterreat. Et non erit qui fugere faciet * ea.

* Chald. ותכון pro ותהוי vid. Jonath.

27. Percutiet Dominus. Percutiet vos verbum Domini ulcere Ægypti, & hæmorrhoidibus, & ſcabie, & impetigine ſcabra, a qua ſanari nequeatis.

† Vel, alienigenæ.

32. Filii veſtri & filiæ veſtræ tradentur populo † prophano, & oculi veſtri videbunt, & deficient propter eos quotidiè, neque ſunt vobis opera bona quibus a manibus veſtris acceptis acquieſcens Deus eos liberet.

38. Semen multum. Foràs " exportabitis, parùm autem recolligetis, quia locuſta conſumet.

" Vel, egredimini.

40. Oleæ. Et oleo *vos* non ungetis, quia decidet flos olearum veſtrarum.

42. Omnes arbores tuas. Omnes arbores veſtras & fructus terræ veſtræ poſſidebunt prædones.

50. Gentem. Populum vultu obfirmato, qui * perſonam non acceptat ſenis, neque puero parcet.

* Chald. facies.

54. Vir. Vir inter vos tener, & qui in deliciis totus agit, † malus erit oculus illius in fratrem ſuum, & in † uxorem puericiæ ſuæ & in reſiduum filiorum ſuorum quos reliquos habeat.

† i. eum edere cupiet.

† דבבעל pro דבבעלתא

56. Mollis. Tenera inter vos, & quæ delicatè vivit, quæ non attollit plantam pedis ſui ad ambulandum ſuper terram præ deliciis, & teneritudine, malus erit oculus ejus in virum adoleſcentiæ ſuæ, & in filium ſuum, & in filiam ſuam.

65. Et in gentibus. Et dabit illic vobis cor trepidum,

consumptionem oculorum vestrorum, & dolorem animæ.

68. Et reducet te. Et reducet vos verbum Domini Ægyptum in * navibus, viâ de qua dixi vobis, Non videbitis eam ampliùs.

* Chald. בלכרגיא pro בלברגיא Vid. not. in Num. 24. 24.

CAP. XXIX.

8. Et observabitis. Et custodietis verba † gloriosæ legis istius, & observabitis ea ut intelligenter faciatis quæcunque feceritis.

† Chald. gloriæ.

Sectio legis quinquagesima, quæ incipit cap. 29. v. 9.

10. Parvuli vestri, uxores vestræ & peregrini vestri, qui sunt in medio exercituum vestrorum tam putantes ligna vestra quam haurientes aquas vestras.

11. Ut transeas. Postquam transiistis in fædus quod Dominus Deus vester, & in juramentum, quod Dominus Deus vester confirmavit vobiscum hodiè.

14. Sed cum. Omnes enim generationes quæ surrexere a diebus mundi *inchoati* huc usque † populi tui stant hic hodiè coram Deo vestro, & omnes generationes, quæ surgent post nos, quasi consistunt hodiè hic nobiscum.

† Potius Gnammac pro gnimmac tecum. Bib. Ven. par. & Jon & posteà similiter, nobiscum in hoc v. 17.

16. Et vidistis. Abominanda eorum & detestabilia idola lignea, & lapidea, argentea, & aurea. Idola lignea & lapidea " posuere in platæis, idola autem argentea & aurea † mansere cum illis in domo, quia metuebant de illis ne furto auferrentur.

" Vel, abjecere.

17. Ne sit. Ut non sit apud vos vir aut mulier aut † familia aut tribus cujus cor hodiè declinet a coram Domino Deo nostro ut abeat & colat idola populorum istorum.

† Chald. והיבין pro יתיבין vid. cap. 1. 1.

Radix. Ne fortè sit apud vos vir cujus cor peccatum cogitet, qui similis radici terræ infixæ est. Caput ejus enim dulce est sicut mel, & finis ejus amarus sicut absynthium mortiferum.

† זדעי pro זרעי vel זרעית.

CAP.

CAP. XXX.

12. Non. Non est in Cælis lex ut diceremus, utinam esset nobis aliquis Mosi similis propheta, qui ascenderet in Cælum, & eam nobis deduceret, & statuta nobis patefaceret, ut ea faceremus.

13. Neque ultra mare magnum est lex ut diceremus, utinam esset nobis aliquis Jonæ similis propheta, qui in profunda maris magni descenderet, eamque nobis adduceret, & statuta audire faceret, ut ea per ficeremus.

14 Propinquum autem vobis est verbum, etiam in ore vestro, ut † multi in eo sitis, & in cordibus vestris, ut illud faciatis.

15. Vide. Videte, ecce posui coram vobis hodiè viam vitæ, quæ est via bona, & viam mortis quæ est via mala.

† Jon. pro סגיין legit הגיין loquentes, vel, meditantes.

Sectio legis quinquagesima prima, quæ incipit cap. 31. v. 1.

CAP. XXXI.

16. Et deserent, & " irritum facient fædus quod pepigi cum illis.

" Vel, excutient.

24. Fuit autem cum finem fecisset Moses scribendi verba gloriosa legis hujus usque dum finita essent.

27. Post Quantò magis postquam mortuus fuero.

Sectio legis quinquagesima secunda, quæ incipit cap. 32. v. 1.

CAP. XXXII.

1. Attendite. Cum venit finis Mosis ut de medio mundi emigraret dixit, ecce ego in testimonium voco in mundum hunc rem quæ non gustat mortem, in testimonium voco cælum & terram quæ mortem non gustant in hoc mundo: verùm

rùm finis eorum cohibetur usque ad seculum futurum, sic enim explicat ille & dicit, Attollite oculos vestros ad cælum, & terram inferiùs aspicite, cæli enim sicut fumus "liquefient, & terra sicut vestis inveterascet: at ego creabo cælos novos & terram novam. Esaias Propheta cum prophetaret in congregatione Israelitarum, quia a cælo longè remotus fuit, & terræ propinquus, auditionem cælo tribuit, & attentionem terræ, sic enim explicat & dicit, Audite cæli, & † attende terra, vebum enim Domini dixit. Moses Propheta cum prophetaret in congregatione Israelis quia fuit cælo propinquus, & a terra longè remotus tribuit attentionem cælis, & auditionem terræ. Sic explicat ille & dixit, Attendite cæli, & loquar, & audi terra sermonem oris mei.

" Vel, dissolventur.

† אזיחו pro אזיחו attendite pro attende, vid, Es. 1. 2.

2. Stillet. Suavis sit super filios Israelis sicut pluvia doctrina legis meæ, & recipiatur ab iis sicut " delectatio roris verbum oris mei, & sicut respirationes afflantes super herbam, & sicut stillæ serotinæ pluviæ, quæ descendunt & irrigant germina terræ in mense Martii.

" i. ros delectabilis.

3. Quia nomen. Dixit Moses propheta, væ impiis qui nomen sanctum cum contumeliis memorant, ne uni enim angelorum supernorum licet nomen mirabile proferre, dum tèr dicant, † Sanctus, Sanctus, Sanctus. Et ab iis didicit Moses, neque meminit nominis mirabilis donec dedicaverat os suum viginti verbis & uno quæ sunt octoginta & quinque signa. Sic etiam explicat & dicit, Attendite cæli, & loquar, quia nomen Domini dixit Moses propheta. In nomine Domini ego oro, & vos populo domus Israelis date honorem & laudem, & multiplicem axaltationem tribuite Deo.

† Es. 6. 3.

4. Rupes. Dixit Moses propheta, Cum ascendi in altum, vidi ibi Dominum omnium seculorum Jehovam dividentem diem in quatuor partes. Tribus horis legi operam dedit, & tribus horis judicium exercuit, & tribus horis exercuit se in " gubernando mundo & tribus horis in conjungendo maritos uxoribus. Fortis *est ille* cujus opera perfecta sunt, quia omnes viæ ejus judicia veritatis *sunt*. Deus fidelis & verus *est* neque est mendacium coram illo, justus & verus est *ille* in judicio.

" Vel, pascendo.

5. Corrupit. Corruperunt filii opera sua, at non coram

ram eo corruperunt, ſed ſibi, dum corruperunt, macula iis impoſita eſt. Generatio prava & " perverſa, quæ opera ejus mutavit, ordines quoque ſeculi contra ipſam mutati ſunt.

" Vel, contorta.

6. An Domino? An coram Domino retribuetis hoc populo ſtolide & inſipiens? Annon ille pater veſter cæleſtis eſt, qui zelo affectus eſt in vos? Ipſe creavit vos, & vos perfecit.

7. Recordare. Recordamini dierum, dierum mundi: conſiderate † annos ſingularum generationum: rogate patres veſtros qui vobis majores fuere in lege, & dederunt vobis ſapientes, & locuti ſunt vobis.

† Vel, linguas.

8 Cum poſſeſſionem diſtribueret. Poſſeſſionem dedit ſc. populis excelſus, cum divideret linguas humanas, fixit limites populis juxta numerum tribuum filiorum Iſraelis.

9. Quia pars. Nam in portionem Domino ſunt populus ejus, filii Iſraelis, & domus Jacobi ſors poſſeſſionis illius.

10. Invenit eum. Occurrit illis errantibus in terra deſerti, & in deſolatis locis * ejulatus Jeſhimonis. Circumdedit eos nubibus glorioſis majeſtaticæ præſentiæ ſuæ, docuit illos decem † præcepta, conſervavit & " intuitus eſt illos ſicut * majeſtatica preſentia " conſervat oculum *ſuum*.

* Ejulantium. Jon. vel, noctis. i. tenebricoſis.

† Chald. verba

" Vel, curavit.

* 1. Deus.

11. Sicut aquila. Sicut aquila quæ excitat *ſe* ſuper nidum ſuum & ſuper pullos ſuos tegit, expandit alas ſuas, & fert eos, & portat ſuper robore alarum ſuarum.

" Alluſio ad Zech. 2. 8.

12. Dominus ſolos habitare fecit illos, neque ſunt inter eos † Idololatræ.

† Chald. colentes cultum peregrinum.

13. Equitare fecit eum. Vexit illos ſuper excelſa terræ, & edere fecit illos proventum deliciarum regiarum, & exſugere fecit eos mel e petra, & oleum olearum ſuarum e * petra adamantina duriſſima.

* Vel, ungue. i. acumine.

14. Butyrum. Tenerrimos boum, & pinguiſſimas ovium cum adipe ſaginatorum, & arietibus † e Batanea, & hædos cum tritico pinguiſſimo. Dixit Moſes propheta, Si cuſtodiant Iſraelitæ præcepta & legem, ex uva una bibent calicem vini.

† Chald. filii. Batanææ Baſan in text.

15. Et ſaginatus fuit. Et comederunt domus Jeſurun, & calcitraverunt, & divites facti ſunt, & rebellavere

bellavere, & proſperè agebant, & opes acquiſivere, & dereliquere verbum Dei quod creavit eos, & abnegaverunt † Deum forrem qui eos redemit.

16. Ad Zelotypiam commoverunt eum. Zelotem eum fecerunt idolis ſuis,* abominationibus eum irritabant.

17. Sacrificaverunt. Dæmonibus quibus nihil ſolidi ſubeſt, idolis quæ non noverant, novis, nuper creatis, quæ etiam patres veſtri non ſunt recordati.

18. Rupem. Fortem qui creavit vos obliti eſtis & reliquiſtis verbum Domini qui creavit vos & variis "foraminibus inſtructos fecit.

19 Et vidit. Et revelatum fuit coram Domino, qui iratus fuit ob irritationem qua eum irritarunt filii dilecti, qui ab eo dilecti fuere quaſi filii & filiæ.

20. Et dixit. Et dixit, Avertendo avertam faciem beneplaciti mei ab iis, videbo quid futurum eſt iis in fine eorum, quia generatio averſa ſunt, filii in quibus non eſt fides.

21. Illi. Illi idolis me ad Zelotypiam commovere "quæ nihil *ſunt*: provocaverunt me abominationibus ſuis: & ego eos provocabo populo qui non eſt populus, & populo ſtolido eos irritabo.

22. Quia ignis. Ignis enim exiit in hora furoris mei, & comburit uſque ad infimum infernum, & † conſumit terram & plenitudinem ejus, & flammis devorat montium fundamenta.

23. Impendam. Dixi in verbo meo me adducturum ſuper eos mala, ſagittas vindictæ meæ in illos emittam.

24. Exhauſtos. Fame difflatos & volucres immundas comedentes † halitus fætidos * expirantes, et dentem quatuor regnorum quæ ſimilia ſũt † beſtiis agri in eos immittam, populum cujus "ira ſerpentibus " per pulverem reptantibus *ſimilis* eſt.

25. Foris. in platæa comedet illos gladius, & in cubi-

† Chald. timorem. Vid. Gen. 31. 53.
* כ pro ב.
" i. auribus oculis, &c. Sic in precibus Judaicis congregat. Germanarum non longè ab initio.

* באי אמח אשר יצר את האדם בהכמח וברא בו נקבים נקבים חלולים חלולים גלוי דידוע לפני כסא כבודך שאם יפתח אחד מהם או יסח אחד מהם אי אפשר להתקיים ולעמוד לפניך.

Benedictus ſis tu Domine Deus noſter Rex ſeculi, qui in ſapientia hominem formavit & in eo poros multos & concavitates varias creavit. Manifeſtum eſt & cognitum coram throno gloriæ tuæ, quod ſi unus ex iis aperiretur, aut occluderetur non poſſibile eſſet, ut viveret quis aut coram te ſuſiſteret. " Jon. quæ Dii non ſunt. † Vel, orbata erit terra, & plenitudo ejus. † Vel, anhelitus. * Vel dilatantes. † Vel, ſerpentibus. " Vel, venenum. " Vel, terram.

culis

culis ubi dormiunt, terror mortis, etiam juvenes & virgines, fugentes cum † senibus.

† Chald. viris canis.

26. Dixi. Dixi in verbo meo me adducturum ſuper illos furorem, ceſſare faciam ab hominibus memoriam eorum.

27. Niſi. Niſi indignatio odioſa increbeſceret, & ne magnificent ſe contra eos hoſtes eorum, & ne dicant, Manus noſtræ nos vindicavere ab hoſtibus noſtris principalibus, at non a Domino factum eſt iſtud.

28. Gens. Quia populus hic perditus eſt conſiliis malis, neque eſt in illis intelligentia.

29. Utinam. O ſi intelligerent Iſraelitæ, & legem diſcerent, intelligerent quid erit in fine.

30. Quomodo. Cum Iſraelitæ laborarent in lege, & ſtatuta cuſtodirent, unus ex iis mille proſecutus eſt, & duo myriades fugarant: *at* quia peccarunt & eum ad iram provocaverunt, *Deus* fortis eos in manum inimicorum ſuorum incluſit.

31. Quia non. Non enim ſicut confidentia noſtra eſt confidentia populorum, quia peccavimus, illumque provocavimus, facti ſunt inimici noſtri judices noſtri.

32. Nam e vite. Nam populi iſtius opera ſimilia ſunt operibus populi Sodomitici, & cogitatio eorum ſimilis eſt cogitationi populi Gomorrhæi: opera mala orbant illos, & exaſperant.

33. Venenum. Populi enim hujus venenum ſimile eſt veneno draconum in tempore quo bibunt vinum: & furor eorum ſimilis eſt veneno ſerpentum aſpidum * crudelium & inſectorum.

* ואכזרואו pro אכזראי Vid. Onk. & Jon.

34. Nonne. Annon hic *eſt* calix judicii vindicativi mixtus & paratus impiis, obſignatus in theſauris meis in diem judicii magni.

35. Mea eſt vindicta. Ultio ad me pertinet, & ego ſum qui retribuo in tempore quo movebitur pes juſtorum. propinquus enim eſt dies confractionis impiorum, & ignis Gehennæ " futurus eſt illis qui feſtinabit & adducet in eos vindictam.

" Vel, parātus.

36. Cum judicabit. Nam judicabit Dominus judicium

populi Iſraelitici de ſervis ſuis juſtis pœnitebit illum. " manifeſtum enim coram illo eſt, quòd vacillaverit manus juſtorum, ipſi autem deſerti *ſunt* & relicti, neque eſt qui eos fulciat aut ſuſtineat.

" Chald. revelatum.

37. Et dixit. Et dixit, futurum eſt ut populi dicant; Ecce hic eſt Deus Iſraelis fortis, in quo confiſi ſunt.

38. Qui. Coram quo adipem victimarum oblationum ſuarum offerebant, & coram quo vinum libaminum ſuorum obtulere, exurgat nunc & liberet illos, qui fuit ſuper illos inſtar ſcuti.

39. Videte. Videte quod jam ego in verbo meo ille *ſum*, neque eſt Deus alius præter me. Ego ſum qui vivos in hoc ſeculo interficio, & mortuos in futuro reſuſcito: ego ſum qui vulnero, & ego ſum qui ſano, neque eſt qui e manu mea eripere poteſt.

40. Nam attollo. Ego enim exſuli manus meas in juramento ad cælum & dixi, vivo ego & † confirmo verbum meum in ſeculum.

† Vel ſtabilis ſum in verbo meo.

41. Si. Si acuero gladium meum " ſicut fulgur, & judicium fortiter exerceat manus mea dextera, reddam vindictam oſoribus ejus, & hoſtibus populi mei retribuam mercedes eorum malas.

" ב in pro כ ſicut Lex. Chald. Tal. & in ברק & in שנן.

42. Inebriabo. Irrigabo ſagittas meas ſanguine eorum, & gladius meus carnem eorum comedet propter ſanguinem occiſorum populi mei & captivos eorum a principibus fortibus illorum & ducibus bellicis.

43. Cantate. Laudate coram eo popule, celebrate eum populi ejus domus Iſraelis. nam injuriam ſervorum ſuorum juſtorum ipſe requiret, & vindictam retribuet hoſtibus illius, & cum ob peccata populi " vapulaverit terra, propitius erit terræ ſuæ & populo ſuo.

" Vel, terram percuſſerit.

44. Et venit. Et venit Moſes & locutus eſt * omnia gloriosa verba cantici hujus in auribus populi ipſe & Jehoſhua filius Nun.

* Chald. omnem laudem verborum.

45. Et finem fecit. Et finem fecit Moſes loquendi omnia verba hæc omnibus Iſraelitis.

46. Et dixit. Et dixit illis, apponite corda veſtra omnibus

bus verbis quæ ego testor vos hodiè, ut jubeatis filios vestros observare illa & facere omnia verba glorioſæ legis hujus.

47. Quia. Quia non eſt "res inanis illa vobis. eſt enim vita veſtra, & hoc verbo multiplicabitis dies ſuper terram quam ut poſſideatis hæreditario jure Jordanem trāſituri eſtis.

" Vel, verbum ſupervacuum hoc vobis.

48. Et locutus eſt. Et locutum eſt verbum Domini cum Moſe quaſi hoc ipſo tempore diei dicendo.

49. Aſcende. Aſcende in montem hunc Abarræorum, montem Nebo qui eſt in terra Moabi, qui eſt e regione Jerichuntis, & intuere terram Cananææ, quam ego daturus ſum Iſraelitis in poſſeſſionem.

50. Et morere in monte. Et recollectus eſto in monte in quem aſcendis, recollectus, inquam, eſto in pace ad populum tuum, ſicut congregatus fuit Aharon frater tuus in monte Hor. congregatus, inquam, fuit in pace ad populum ſuum.

51. Quia rebellaſtis in nomen verbi mei inter filios Iſraelis ad aquas contentionis † Rechamæ in deſerto Sin, quia non ſanctificaſtis me inter Iſraelitas.

† i. Cadeſh. vid. Onkelon. in Deut. 9. 23.

52. Nam quaſi e regione videbis terram, at illùc non intrabis in terram quam ego Iſraelitis daturus ſum.

Sectio legis quinquageſima † tertia, quæ incipit cap 33. v. 1.

† In bibliis Plant. ſunt 54. ſed Buxt. duas confundit. vid. not. in Lev. 12. 1.

CAP. XXXIII.

1. Et hæc. Eſt autem hæc benedictio qua benedixit Moſes Iſraelitis priuſquam recollectus fuit.

2. Et dixit. Dominus e Sina revelatus fuit, ut daret legem populo ſuo familiæ Iſraeliticæ. Cujus gloria quievit ſuper montem Seir, ut legem daret filiis Eſaui. at cum invenerunt ſcriptum in medio illius, Non occidetis, noluerunt recipere eam. Illuxit in gloria ſua ſuper montem Gebalæ ut legem daret Iſhmaelitis: at cum invenerunt ſcriptum in medio illius, Non furtum facietis, noluerunt eam recipere. Poſtea ergo revelatus in monte Sinæ, & cum eo myriades Angelorum

" gelorum ſanctorum, et dixerunt filii Iſraelis, Quicquid dixerit verbum Domini faciemus, & recipiemus. Extendit igitur dextram ſuam e medio flammarum ignis, & dedit legem populo ſuo.

3. Etiam diligis. Annon omnia revelata ſunt et cognita coram illo quod renuerunt filii Eſau et Iſhmaelis legem recipere? At nihilominus diligit ille populum ejus familiam Iſraeliticam ſicut myriades ſanctorum Angelorum. Qui quamvis ſuper illos caſtigationes multas adduxerit, non ceſſabant tamen, nec deſiſtebant a doctrina legis, ſed ecce ducti ſunt & venerunt ad pedem nubium ejus, & elevabant & manebant juxta † ſententiam verbi ejus.

† Chald. os.

4. Legem. Dixerunt Iſraelitæ, legem nobis præcepit Moſes: dedit eam in poſſeſſionem & hæreditatem congregationi tribuum familiæ Jacobi.

5. Et fuit. Et ſurget rex e domo Jacobi in congregationem principum populi, ſimul ei obedient tribus Iſraelitarum.

6. Vivat Reuben in hoc ſecu'o, neque morte ſecunda moriatur, qui impii moriuntur in ſeculo futuro, & ſint juvenes illius " populus fortis * numeroſus.

" Vel, cum fortibus, ut in Cod. Ven par.
* Chald. in numero vel, numerati ut Jon.

7. Et hæc. Eſt autem hæc benedictio qua Moſes propheta Domini tribui Jehudæ benedixit, & dixit, Audi verbum Domini vocem orationis Jehudæ, & " ad populum illius adducito illum. Aciebus bellicis vindictam exerceant manus ejus in inimicos ſuos, & eſto fulcimentum et ſuſtentatio illi contra oſores illius.

" Vel, ad populum illius reducito illum ab aciebus bellicis. Salvum ſc. ut Jon.

8. De Levi autem. Tribui autem Levi benedixit Moſes propheta Domini & dixit, Thummim et Urim induiſti Aharonem virum ſanctum, quem probaſti, & in probatione ſtetit, et exploraſti eum ad aquas contentionis † Rechamæ et inventus fuit fidelis.

† Ea eſt Cadeſh. c. 2. v. 51.

9. Qui dixit. Quod dictum eſt de tribu Levi, patris ſui & matris ſuæ non acceptavit perſonas in judicio Tamaræ, neque fratres ejus cognovit in fabricatione vituli, neque filiis ſuis miſericordiam exercuit in facto Zimri. cuſtodiverunt enim verbum oris tui, et ad decretum legis tuæ illi feſtinabant.

10. Docebunt

10. Docebunt. Idonei sunt qui doceant ordines judicii tui domum Jacobi & decretum legis tuæ congregationem tribuum Israelis, ponant suffitum unguentorum pretiosorum, et cohibeant furorem tuum, & oblationem plenam benevolentiæ super altare tuum offerant.

11. Benedic. Benedicito Domine exercitui tribus Leviticæ, et manuum ejus oblationem benevolè recipito, frange lumbos osorum illius, et inimici illius cadant, neque resurgant.

12. Benjamini. Et tribui Benjaminis benedixit Moses propheta Domini et dixit, Dilectus Domini juxta illum confidenter habitabit, gloria Majestaticæ præsentiæ Domini clipeus erit super eum toto die, et in terminis ejus habitabit.

13. Et Josepho. Et tribui Josephi benedixit Moses propheta Domini et dixit, Benedicta sit e præsentia Domini terra ejus & addat e benedictione roris & pluviæ quæ descendunt e cælis suprâ, e benedictionibus fontium abyssi, qui effluunt et ascendunt e terra infrâ.

14. * Faciens fructus bonos e bonitate adventus Solis, & e benedictione † præcipuorum ductorũ in singulis noviluniis.

15. Et a capite Faciens fructus bonos e puritate patrum justorum, qui montibus similes sunt, Abrahami *&c.* Isaaci & Jacobi, & e puritate quatuor matrum quæ collibus similes sunt, Saræ *&c.* Rebeccæ. Rachelæ. Leæ.

16. Et a pretiosis rebus Faciens fructus bonos e puritate terræ et plenitudinis illius. Hoc autem fecit beneplacitum illius qui manere fecit gloriã majestaticæ presentiæ suæ in rubo. Veniant omnes hæ benedictiones, & perfectæ fiant super caput Josephi, & super verticem viri qui dominatus fuit in terram Ægypti, & splendidus fuit honore a fratribus *dato.*

17. Primogeniti Primogenitura, & regnum & gloria, & honor Josephi sunt nam sicut † non licet in ministerium adhibere primogenitos boum, neque in servitium ducere * cornua Monocerotis, sed sicut bos & Monoceros cornibus suis petunt, sic † fuerunt populi isti filii tribus Josephi exeuntes in prælium coram osoribus suis & interficientes reges cum potentibus,

* Hic v.a priore non distinguitur in Bib. Bax. sed in Cod. Ven. par.

† *i.* planetarum regentium, vel pretiosissima in &c.

† Vel, nemo potest.

* Vid Job. 39. 12.

† Potiùs erunt הוון pro יהוון sic Jon.

potentibus, & hi ſunt magnates quos occidit Joſhua filius Nun de Amorrhæis *ſc. fuit* autem ille e tribu filiorum Ephraimi. Sunt & duces quos interfecit Gideon filius Joaſhi de Midianitis, qui fuit e tribu filiorum Manaſſis.

18. Et Zebuloni. Et tribui Zebulonis benedixit Moſes Propheta Domini & dixit, " Lætati eſtis domus Zebulonis cum exitis ad negotia veſtra, & lætamini domus Iſſachar cum venitis in ſcholas veſtras.

" Vel, læti eſte חרתון pro חורין vid. Jon.

19. Populos. Ecce populus hic domus Zebulonis parati erunt *ut eant* in montem Domus Sanctæ Domini, & ibi offerent oblationes veras. nam mercaturam marium comedent, & theſauri qui abſconditi ſunt in arena iis revelabuntur.

20. Et Gadi. Et tribui Gadis benedixit Moſes, Prophe-
† Chald. Min pro Man. vid. Jon. vel, Benedictus ſit ab eo qui aperit.
ta Domini, & dixit, Benedictus ſit † qui aperit terminum Gadis: Quietus manet ſicut Leo & ſicut Leæna, neque eſt populus aut regnum, quod ſtabit coram illis. Et quando ad bellum exiit, coram oſoribus ſuis occiderunt ſapientes filios occiſorum diſſecando capita uſque ad brachium.

" Chald. vobis. Quaſi illos allocutus eſſet Moſes.

21. Et vidit. Et vidit a principio locum ſepulturæ ibi paratum fuiſſe infixis lapidibus pretioſis & gemmis. Et ibi Moſes Propeta ſcriba Iſraelitarum ſepultus *fuit*, qui fuit quaſi intrans & exiens inter Principes populi in hoc ſeculo, & ſic erit intrans & exiens in ſeculo futuro: juſtitiam fecit, & ordines judiciorum ejus docuit Iſraelitas.

22. Et Dani. Et tribui Danis benedixit Moſes Propheta Domini & dixit, Dan ſimilis eſt catulo filio Leonum, & terra ejus bibet e † Batanæa.

† Baſhane.

23. Et Napthali. Et tribui Napthali benedixit Moſes Propheta Domini, & dixit, Napthali ſatur benevolentiâ *erit* & plenus benedictionum e præſentia Domini, tractum maris Occidentalē Genneſaretici & Auſtralem hæreditate accipiet.

24. Et Aſhero. Et tribui Aſheri benedixit Moſes Propheta Domini & dixit, Benedictus ſit Aſher * a filiis, paſcet fratres ejus * in intermiſſione, & terra ejus oleum inſtar aquæ proferet.

* Vel, præ.
* Jon. in annis intermiſſionis ſc. cum terra non colitur.

25. Ferrum. Ecce populus hic familiæ Aſheri purus erit inſtar ferri, & fortis inſtar æris. Quales fuere in diebus juventutis

ventutis ſuæ, tales erunt in diebus ſenectutis ſuæ.

26. Non ſicut Deus. Non eſt ſicut Deus Iſraelis, qui habitare facit gloriam majeſtaticæ præſentiæ ſuæ in Cælis, & magnificentiam ſuam in Nubibus ſupernis.

27. Protectio. In " habitaculo manere fecit majeſtaticam ejus præſentiam coram iis, "& potentiam illius infrâ. Ipſe regit mundum, & expellit inimicos veſtros e conſpectu veſtro, & dicit in verbo ſuo ſe illos vaſtaturum.

" i. Templo Hieroſ.
" Vel, & ſub potentia ejus ipſe regit mundum.

28. Et habitabit. Et habitant Iſraelitæ confidenter per ſe † a fonte benedictionis qua benedixit iis Jacobus * ad terram facientem vinum & oleum. Etiam Cæli qui ſuper illos ſunt mandati ſunt rores & pluvias illis demittere.

† Onk & Jon. בעין juxta.
* Vel, in terra.

29. Beatus tu. Beati vos Iſraelitæ. Quis eſt ſimilis vobis? Populus quorum redemptio *eſt* e præſentia Domini clipei fulcientis vos & ſcuti exercituum veſtrorum, & firmus *eſt* gladius † magnificentiæ veſtræ: diſpergentur inimici veſtri coram vobis. Et vos domus Iſraelis cum in lege laboraveritis. & ſtatuta cuſtodieritis, ſuper cervicem collorum regum eorum calcabitis.

גיותנוחכון pro גיותנותכון

CAP. XXXIV.

1. Et aſcendit. Et aſcendit Moſes e planitie Moabi in montem Nebo culmen collium e regione Jerichuntis, & oſtendit illi Dominus totam terram Gileadis uſquæ ad Danem Cæſareæ.

2. Et totam terram Naphthali, & terram Ephraimi & Manaſſis, & totam regionem Judææ ad mare poſterum.

3. Et tractum meridionalem, & planitiem, vallem ſc. Jerichuntis, Urbis quæ profert † palmas. Ea eſt Zoar.

† חומרין pro חומרון eſt enim תמר in text. Heb. & Jon. דקליא.

4. Et dixit. Dixit autem verbum Domini mihi (inquit Moſes Propheta) hæc *eſt* terra quam confirmavi Abrahamo, Iſaaco & Jacobo dicendo, poſteritati filiorum tuorum dabo illam. Aſpice eam oculis tuis, at illuc non intrabis.

5. Ita mortuus eſt illic Moſes ſervus Domini in regione Moabitarum juxta † ſententiam decreti verbi Domini.

† Chald. os.

6. Et ſepelivit illum in valle in terra Moabitarum e regione

one idoli Peoris, neque novit quis sepulchrum ejus usque ad hunc diem.

7. Erat autem Moses natus centum & viginti annos quo tempore * recollectus fuit, non caligaverant oculi illius, neque mutatus fuit splendor faciei illius.

* i. mortuus.

8. Et fleverunt Israelitæ Mosen in planitie Moabi triginta dies: deinde finiti sunt dies fletus & luctus Mosis.

9. Et Josua filius Nun erat plenus spiritu sapientiæ, quia Moses imposuerat manus suas super eum, & ei obedierunt Israelitæ, & fecerunt sicut præcepit Mosi verbum Domini.

10. At non surrexit adhuc propheta in Israele similis Mosi quem cognovit verbum Domini sermonem sermoni miscens.

11. Omnia signa, & miracula, & probationes mirabiles, quæ misit eum verbum Domini ut faceret in terra Ægypti Pharaoni, & omnibus servis illius, & omni terræ ipsius.

12. Et in tota manu forti, & omnibus visionibus maximis, quas exercuit Moses, videre omnes Israelitæ.

Finitum & completum est Targum Hierosolymitanum in quinq; libros legis. Laus & gloria sit *Deo magno, & terribili.*

In

In Codice Veneto parvo extant hæc in fine Geneſeos.

Aliud eſt exemplar Targ. Hieroſol. ubi in quoſdam verſus libri Geneſeos hæc " addita reperiuntur.

" Chald. in additione.

GEN. XXXVIII.

25. EDucebatur illa. Quando Tamar "educta fuit, ut in igne combureretur, quæſivit tria teſtimonia ſed ea reperire non potuit, quum veniſſet * Sammael Angelus, & ea a facie illius abſcondiſſet. Oculos ſuos igitur ad Cælum levavit & dixit, Obſecro te Deus vivens reſponde mihi in hac hora, quòd inſons ſim, & ego tibi dabo tres juſtos illos. Hananiam, Miſhaelem & Azariam in planitie Duræ, qui pro me in ignem cadent. Eâ horâ annuit Jehova Gabrieli, qui deſcendit, & ei illa dedit, quæ illa coram pedibus Judicum producens dixit, cognoſci jam poteſt cujus ſunt hæc, annulus, pallium, & baculus.

" Chald. מתקפא pro מתפקא.

* Angelus mortis. More. lib. 2. c. 30.

26. Et agnovit Jehudah. Agnoſcens autem Jehudah dixit. " Illa me purior eſt. Gravida facta eſt, ſed non eſt gravida facta filiis fornicationis. Quâ menſurâ metitur homo,

" Vel, illa pura eſt, a me gravida facta eſt, ſed non, &c.

homo, eadem illi remetietur. Quoniam accepi tunicam Josephi fratris mei, & sanguine tinxi & ad patrem meum adduxi, dicens, cognosce nunc, an hæc sit filii tui tunica, annon, idcirco dicunt mihi fratres mei & omnes homines familiæ paternæ, cognosce nunc, cujus hæc sunt. annulus, pallium, & baculus. Præstat me igni extinguibili, quàm devoranti adjudicare. Tunc exiit "vox e Cælo, & dixit, vos ambo innocentes estis. A me est † hæc res. At non cognovit illam amplius.

"Vid. in Gen. 38, 26. antea.
†Vel, hoc verbum.

GEN. XLIV.

18. Et appropinquavit. Et accessit ad eum Jehudah fortis, & potenter se gerens, sicut Leo, & dixit, Attende mihi Rex. Annon primo tempore, quo ad te venimus, dixisti hæc nobis? "Pharaonem ego timeo: & occasiones verborum nobiscum, nec non verba * aspera locutus es, & nos pro terræ exploratoribus habuisti, & nos vinctos tridui spatio in carcere continuisti, & die tertio dixisti nobis, Jehovam ego timeo. Unum e vobis mecum relinquite. Tum Simeonem fratrem nostrum a nobis separasti & ligatum in conspectu nostro in carcerem conjecisti. Nos autem juxta verbum tuum fecimus, & tibi Benjaminem fratrem nostrum attulimus. Tu verò calicem tuum in sarcina ejus posuisti, ut eum servum redderes. Annon tibi in mentem reductum fuit, annon tibi relatione cognitum, quid fecere duo fratres mei, Simeon & Levi, qui ascenderunt in Urbem Hamoris patris Shechemi, qui mares omnes trucidavere propter Dinam sororem nostram, quæ non fuit in censu tribuum neque portio aut possessio ulla ei nobiscum in terræ divisione futura est. Quanto magis Benjaminis *causâ* fratris nostri qui in tribuum censu habetur, & qui portionem & possessionem nobiscum in terræ divisione recipiet & in cujus regione habitabit præsentia Dei Majestatica, & in cujus possessione Sanctuarium ædificabitur? Me autem quod attinet, qui robore meo ambobus illis fortior sum, ut vivit Jehovah *Deus* Israelis, si gladium meum e vagina eduxero, in "thecam non reponam vacuum, donec omnes

"Chald. Aeoram Pharaone.
"i. quæ occasionem nos captivandi ministrarent.
* Chald. dura.

"גרתיקה pro גד תיקה

omnes Ægyptios interfecerim. A te incipiam, & cum Pharaone Domino tuo concludam. Dixit ei Joſephus, ſi gladium tuum eduxeris, in collum tuum dirigam. Dixit ei Jehudah, Nunc os meum aperiam, & te abſorbebo. Dixit ei Joſephus, Si os tuum aperias, lapide uno illud obturabo. Dixit ei Jehudah, Ignis Shechemæ ardet in corde meo. Dixit ei Joſephus, Igne Tamaræ nurus tuæ extinguam. Dixit ei Jehudah, Jam terram Ægyptiorum ſanguine tingam. Dixit ei Joſephus, Tinctores eſtis vos a diebus veſtris, ſicut feciſtis tunicæ Joſephi fratris veſtri, cum hircum filium caprarum mactaviſtis, & eam ſanguine illius tinxiſtis, & ad patrem veſtrum attuliſtis, dicentes ei, Cognoſce jam, an hæc ſit tunica filii tui, annon. Tunc exclamavit Jehudah clamore magno, ita ut territi fuerint omnes Ægyptii, & Infans quiſque e viſceribus matris ſuæ exciderit, & dimidium murorum terræ Ægypti ceciderit. Tum perturbatus fuit Joſephus, idque Manaſſi filio ejus innuit, & manu ſua humerum ejus contrectavit. Tum conculcavit Joſephus columnam palatii, eamque concuſſit. Ceſſavit ergo Jehudah ab excandeſcentia vehementiori, & cæpit mitiùs loqui coram Principe terræ, & dixit, Loquatur jam ſervus tuus verbum coram Domino meo, neque accendatur ira tua in ſervum tuum, quoniam tu es ſicut Pharaoh.

In Codice Veneto parvo extant hæc in fine Pentateuchi.

Aliud est exemplar Targ. Hierosolymitani ubi *in Gen.* 49. 18. *& in duo loca Exodi, sc. cap.* 13. *v.* 17. *& cap.* 14. *v.* 21. *hæc* " *addita reperiuntur.*

" Chald. in Additione. Forte in fine libr.

GEN. XLIX.

18. SAlutem tuam expectavi Domine. Dixit Jacobus pater noster in prophetia, Liberationem tuam expectavi Domine. Non liberationem Gideonis filii Joashi, quæ præterit neque liberationem Simsonis filii Manoæ, quæ erat liberatio † horæ, sed liberationem Messiæ filii Davidis quæ futura est ad liberandum filios Israelis & ad educendum eos e captivitate, salutem tuam † expectat anima mea.

† i. non [illegible] durans. [illegible] Bib. Bux in text.

† i. a Domino constituto, ut in Targ. in Cant. 2. 7. ubi hæc historia extar, & hi Ephratæi a Philisthæis in Gath occisi esse dicuntur.

EXOD. XIII.

17. Et fuit cum dimisit. Fuit autem cum dimiserat Pharaoh populum, ut non duceret eos Dominus viâ Philisthæorum, licèt propinqua fuerit. Ducentena millia quæ exiere ex Ægypto triginta annis coram † fine Domini fuere omnes

e tribu Ephraim apprehendentes ſcuta & arma bellica, & haſtas. Ea fuere oſſa arida quæ excitavit Dominus per manum Ezechielis prophetæ in valle Duræ, & ex illis oſſibus fuere vaſa quibus bibebat Nebucadnezzar impius, & qua hora excitavit ea Dominus, impium illum ſuper os ejus percuſſerunt, & appropinquabant * os ad os ſuum & vixerunt, & ſteterunt ſuper pedes ſuos exercitus valdè numeroſus, omnes præter virum unum ſurrexere, qui non ſurrexit. Dixit propheta coram Domino quæ *ſunt* opera viri illius, qui non ſurrexit? Dixit ei Dominus, quia fœnori expoſuit, & uſuram "accepit. Illeræ reviviſceret? Non reviviſcet. Et tum dixit ne fortè commoveatur populus videntes fratres ſuos mortuos, & timeant & in Ægyptum redeant.

* i. unum quodque ad ſorium ſuum.

" Vel exercuit, quando vixit, non vivet.

CAP. XIV.

21. Et extendit. Moſes manum ſuam. Ito Moſes & ſtato juxta mare, & dicito mari, remove a coram eo. In nomine meo ibis & mari dices. Ego miſſus ſum *ab eo* qui creavit *omnia* in principio. Patefacito viam tuam parvo momento, ut tranſeant per medium tui redempti Domini tribuum Jacobi. Manent in anguſtia, & Ægyptii eos ponè proſequuntur. Ecce tu viam obſtruxiſti coram illis, & oſores eorum illos a tergo perſequuntur. Tunc abiit Moſes & ſtetit juxta mare, & dixit, remove a coram Deo, amove *te* mare e præſentia Moſis. Cum vidit in manu ejus virgam miracula *edentem*, excandeſcentia & furor mare invaſit, & ſe quaſi extuſit ad† inſequendum eum. Objecit" illic, Fili Amram, Ego muliere nato non ſubjicior. Tribus diebus ego te prior ſum. Quomodo poteris tu ſuperjugare me? Cum vidit Moſes mare "præceps ferri, & fluctus ejus creſcentes in eum *dicens*, Non eſt hora hæc hora judicii. Si tu mihi oppoſitus es, etiam ego tibi ſum oppoſitum. Reſpondit Moſes & dixit mari, ego miſſus ſum *ab eo* qui formavit" *te* in initio. Quievit mare coram Moſe, & ſubſtitit ad faciendum voluntatem ejus. * Denique dixit mare, Non ſum ego ſubjugatum a filio mulieris. Reſpondit Moſes & dixit mari, Qui te

† Chald. redeundum poſt eum.

" Vel propterea.

" Chald. feſtinare.

* Mire enim tres dies ante hominem factum fuit.

" Vel omnia, ut prius.

* Fine verborum. Chald.

ce & me major est, potest subjugare te. Aperuit Moses os suum in cantico, & laudatione. Dixit verba sua, oratio ejus † elevata fuit cum supplicatione & deprecationibus, dixit verba sua, clamavit, Dixisti mihi in libro legis. An nunc misereberis mei? Quid faciam Pharaoni? Domine mundine tradas populum tuum in manum Pharaonis impii. Audivit mare vocem Spiritus sancti qui Mosen allocutus est e medio ignis, rediit mare a fluctibus ejus, & Israelitæ per medium illius transiere.

† Vel intravit.

FINIS.